Digitized by Google

VII. E. 37.

MENTEM ALIT ET EXCOLIT

K.K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

7. E.37

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CAROLI AUGUSTI KOBERSTEIN

QUAESTIONES SUCHENWIRTIANAE.

(SPECIMEN II.)

QUIBUS MEMORIAM ANNIVERSARIAM

INAUGURATAE ANTE HOS CCXCIX ANNOS

SCHOLAE PROVINCIALIS PORTENSIS

A. D. I. M. NOVEMBR. A. MDCCCXLII.

PIE CELEBRANDAM

INDICUNT

ET

AD RECITATIONES ET ORATIONES DISCIPULORUM

EX OMNIBUS CLASSIBUS ELECTORUM

AUDIENDAS

INVITANT

RECTOR ET COLLEGIUM

SCHOLAE REGIAE PORTENSIS.

NUMBURGI

TYPIS C. A. KLAPFENBACHII.

MDCCCXLII.

7 E 37
2

Digitized by Google

Digitized by Google

IACOBO GRIMMIO
S.

Quae me causae cum ad perquirendam et investigandam eius sermonis indolem, quo usus est Petrus Suchenwirtius, tum ad grammaticen huius dialecti conscribendam impulerint, et Tuis, Vir Clarissime, verbis et meis exposui tum, quum ante hos quatuordecim annos in lucem emitterem libellum illum, germanice scriptum, qui, ut totius operis, quod moliebar, et caput quasi esset et fundamentum, in literarum natura atque affectionibus versabatur explicandis. Magna me spes tum tenebat, fore ut operis, quod inchoassem, persequendi et non ita longo intervallo perficiendi neque voluntas mihi deesset unquam, neque otium, dummodo ea de primo illo specimine fecissent viri docti iudicia, ut in re non indigna, quae ad finem perduceretur, me elaborasse possem credere. Itaque quum non modo aliis probatissimis in hoc literarum genere viris, sed ne Tibi quidem, iudici longe doctissimo ac gravissimo, commentatio mea displicuisset, id quod pro humanitate Tua et per literas mihi et publice significasti, quodque alacritatem mihi summam attulit muneris suscepti perfungendi: ad eam quaestionum mearum partem eram aditurus, in qua formae ad declinationem et coniugationem spectantes tractarentur; quum multis et magnis molestiis affectus, aliisque muneribus atque occupationibus implicatus, quae omnia enumerare longum est, incepto per aliquot annos non potui quin desisterem. Neque tamen unquam prorsus alienatus a poeta Austriaco, etsi subsecivas tantum horas mihi licebat ei tribuere, quum plus denique nactus essem otii, instaretque dies ille solennis scl[illegible]e nostrae, qui conscripta a me aliqua commentatione erat indicendus: eo quo opus erat ardore ad illum me converti, cuius mihi sermonis indoles novum quoddam suppeditaret scribendi argumentum. Mox autem sensi, non tam ingentem difficultatum molem superandam, quam innumerabiles fere res vel minutissimas notandas, di-

Digitized by Google

gerendas, alias aliis conferendas et ad certum numerum paucitatemque revocandas esse, si ita, ut ipse mihi satisfecisse viderer, enucleare vellem atque exponere eas, quas secutus esset leges poeta in singulis vocibus flectendis, quum et in nominum declinatione, et in verborum coniugatione magno is opere discederet a sermonis consuetudine, quam tenuerunt poetae saeculi tertii decimi. Tantum enim aberat, ut in indicibus omnium nominum verborumque accuratissime confectis, in quos singulas uniuscuiusque vocis formas retuleram, satis haberem adminiculorum adiumentorumque ad eam grammaticae partem instituendam ac confirmandam, quam etymologiam dicunt, ut etiam de metrica ratione poësis Suchenwirtianae quaerendum esset diligentissime; quia intellexeram, hanc solam esse viam, qua, quae poetae essent propria, quaeque peccassent librarii, reperiri possent. Quodetsi de re metrica alio loco latius et uberius disserere constitui, nolui tamen eam, quum ad hanc commentationem conficiendam me conferrem, omnino negligere. Sed a certis tantum quibusdam legibus, quibus Petrus versum adstrinxit, quarumque in sequentibus pagellis saepius habenda erat ratio, exorsus, transii ad eam quaestionem, in qua longe maior huius libelli pars versatur, de nominum declinatione. Obstabat autem qui commentationi meae constitutus erat ex lege modus, quominus etiam de coniugatione agerem; quam tamen grammaticae partem et ipsam paene perfectam, brevi tempore spero esse prodituram. Atque eo acrius perpoliendi atque absolvendi erit opusculi promissi studium meum, quo magis hoc, quod alterum propono specimen quaestionum Suchenwirtianarum Tibi probari intellexero. — Vale, Vir Clarissime, meque Tui amantissimum amare perge.

BIBLIOTHECA PALAT.
VINDOBONENSIS.

Digitized by Google

I. Leges quaedam a Suchenwirtio observatae in arte metrica.

1. Quam ad regulam poetae Germanici inde a medio saeculo XIII. florentes iam direxerant versum vulgarem, quo utebantur potissimum in narrationibus, ut non modo contentionibus, verum etiam remissionibus vocis ad certum numerum revocatis, arctioribus finibus circumscriberent vetustioris artis metricae licentiam: eandem haud scio an nullus Suchenwirtio religiosius et diligentius servaverit. Etenim alternam syllabarum sublationem et positionem apud eum in medio versu desideres vel nusquam omnino, vel perpaucis sane locis; saepius, id quod dubitari non potest, in eorum versuum exitu, qui, ut more Latino loquar, quaternis pedibus constant, sive, ne rem parum accurate designasse videar, qui in concentum, quem dixeris *obtusum*, exeunt. Sed ne hic quidem inter tertiam arsin et quartam deest unquam syllaba levioris momenti, nisi in versibus, qui voce vel dissyllaba vel trisyllaba concludantur; quales voces sunt et compositae ut: **Álbrĕht** (:**gerĕht**) 7, 239; **Háinrèich** (:**tugentlèich**) 18, 55; **Ánhàlt** (:**gewált**) 17, 145; **ſtáinwànt** (:**hánt**) 24, 81; **hóchmàl** (:**ſál**) 4, 149; **ſchĕrmſchìlt** (:**mílt**) 5, 57; **náchhùot** (:**múot**) 18, 234; **vórſtàt** (:**tát**) 14, 110; **fürbàȝ** (:**háȝ**) 29, 180; **hérſchàft** (:**kráft**) 13, 127; **wárhàft** (:**kráft**) 12, 88; **wéishàit** (:**beráit**) 41, 1363; **ge-hórſàm** (:**zám**) 41, 1152; **Hérdĕgen** (:**pflégen**) 12, 135; **púochſtàben** (:**derháben**) 25, 60; — et derivatae, ut: **rüemàer** (:**klágebàer**) 23, 42; **pfénninc** (:**dínc**) 29, 124; **ármùot** (:**blúot**) 41, 546; **háiligen** (:**gelígen**) 41, 487; quibus addi possunt vocabula aliquot aliena, ut: **pánier** (:**gíer**) 16, 150; **Káffà** (:**dá**) 14, 218; **Kálèis** (:**préis**) 18, 488; **Indéà** (:**dá**) 41, 376. §. 1.

2. Sublationum et positionum numero numerus respondet fere syllabarum, quibus utraeque constituuntur; sed tamen non ita raro invenias versus, qui uni alterive vel sublationi vel positioni duas concedant syllabas, ut posterior aut cum praecedente eiusdem vocis, aut cum insequente alius cuiusdam in unam contracta, efferendo elidatur. Quam licentiam, ut apud vetustiores poetas Germanicos[1]), sic apud nostrum certis et definitis quibusdam legibus coercitam ac temperatam esse, ex his apparebit: §. 2.

a) Unam in syllabam aut possunt aut debent in versu legendo corripi omnes voces dissyllabae in **-el**, **-er**, **-en**, **-ent**, **-ig** (**-ic**) desinentes, priore brevi, ut: **himel**, **zobel**, **adel**, **vĕder**, **vater**, **wider**, **über**, **namen**, **lĕben**, **juden**, **rĕgen**, **ge-wĕsen**, **lĕbent**, **jugent**, **künic**, **hönic**, **prĕdig**, **manic**. §. 3.

b) In trisyllabis, antepenultima brevi, penultima muta, ut: **tugende**, **tugenden**, **künige**, **künigen**, **küniges**, **honiges**, **menige**, **liligen**, **ſĕniwen**, **witiwen**, **manige**, **maniger**, **maniges**, **manigem**, **manigen**, **manigeȝ**, §. 4.

1) Cf. Lachmann, über althochdeutsche Betonung und Verskunst p. 2. Anmerkungen zu den Nibelungen p. 293.

Digitized by Google

ſibenter, ſibenden, tobende, klagende, klagender, klagenden[2]), ge-ſëgente, ge-ſëgenten, gëbender, gëbenden, prëhender, prëdigen, prëdigten (41, 843), höniget, ver-tiliget, ſibenzic, ſibenzikſt, lëbendic (?25,357), piderbe, piderber, piderben, ſinewël, Rëgenspurc (29, 53) pronunciando semper eliditur, in aliis, ut: vogelein, künigin nonnunquam, vocalis mediae, in voce autem barbara matérig **i** ultimae syllabae.

§. 5. c) Complurium vocum in -el, -er, -en (-ent)[3]) desinentium, priore longa et acuta, posterior cum insequente versus syllaba, ut plurimum a vocali incipiente, in unam contrahenda est, ut in: éngel in 41, 423; (taber)nákel und 41, 1027; ſílber und 5, 65; múoter an 41, 958; rítter und 4, 423; wáȝȝer iſt 4, 182; ánger in 24, 102; nímmer in 26, 48; láider an 39, 108; únder ër 18, 544; hinder éin — 24, 242; Swâben und 20, 201; óffen und 32, 4; begónden im 3, 115; ge-púnden an 4, 334; ſóesen anȝ 41, 539; wûchsen als 23, 76; wérden(t) an 33, 73, et quae sunt reliqua eiusmodi. Idem nonnunquam, etsi perraro, fieri debet, ubi vocabulum monosyllabum levis momenti ab litera consonante incipiens dissyllabum insequitur, ut in: únder dën 41, 503, 1146; zwíschen dën 18, 87; wérfen dën 37, 28; zwíschen die 18, 311; líeȝen die 37, 15; (Alex)ánder wie 38, 277; wáenen(t) ſi 25, 237; quibus tamen exemplis non adnumeranda sunt: gevángen von 20, 25; en-pfángen für 13, 200; en-pfíengen nâch 25, 146; ſíngen dâ 11, 40; gíengen zuo (quae genuina lectio esse videtur pro ſingen zuo) 45, 31; ge-wúnnen von 18, 239, quum his omnibus locis syllabam — en prorsus abiici liceat (Specim. I, p. 18). — Neque observare alienum est, in tertia sublatione et insequente positione non inveniri eius contractionis exempla, nisi ubi syllaba positionis a vocali incipiat, ut in: prúoder al - 7, 114; wüeſten al - 37, 71; márter un - 36, 39; múoter ich 41, 1474; únder im 8, 198; 41, 1273.

§. 6. d) In dissyllabis, priore sive longa sive brevi, quae in -eln, -elm, -els, -elt, -erl, -ern, -ers, -ert, -erſt, -ens, -iſt, -igt, -em, -ich exeunt, posteriorem ut corriperet, poeta nunquam commisit.

§. 7. e) E trisyllabis, antepenultima longa, si ge-vángener 2, 44; mündelein 4, 73; âbentes 4, 389; ge-téurete 8, 123; ge-téwerter 14, 289; 15, 93; ge-téwertem 18, 503; ge-téwerten 14, 352; 15, 141; 21, 170 excipias, quas equidem formas valde suspicor a librariis suppositas esse pro ge-vángner, münd-

---

2) Singulae participiorum auf-nëmender 41, 1048; weiſſagundem 41, 205; jagunden 4, 342 syllabae, qua ratione in versu disponendae sint, de verbo agens demonstrabo.

3) Ueber die Sprache des österreichischen Dichters Peter Suchenwirt. Erste Abtheilung: Lautlehre. Naumburg, 1828. 4°. (= Specim. I.) p. 41.

Digitized by Google

lein (cf. 30, 71), âbents, getéurte, getéurter, getéurtem, getéurten, vel semper, vel nonnunquam uno versus pede continentur hae voces, tum derivatae, tum compositae: háiligen 41, 162, 1369, 1477, 808; háiliger (?) 1, 28; 8, 26; 13, 12; 44, 1; ſáeligen 41, 1423; jáerigen 45, 41; káiſerin 28, 245; ánderhalb 17, 50 (cf. Ulrich 94, 29); áileften 14, 137; dréuzëhen, dréizëhen, fūnfzëhen, ſëhzëhen, denique wéihnahten 45, 65, cuius vocis ultima ab insequente praepositione in absorbetur.

Reliquae si quae sunt syllabae finales, in quibus contra metrum offendisse poeta videatur, aut reiici possunt, aut emendari; nonnunquam etiam, peculiari in quibusdam vocabulis accentuum positione cognita, lectionem tueri poteris. Sed de his, quantum opus erit, suo loco quaeremus.

3. Particula inseparabilis ge- ante consonantem vel liquidam, vel spirantem, elisa litera e, crebro cum insequente syllaba coalescit. Cui elisioni in ipsa quarta versus sede datur locus; neque quidquam ad rem, vocalis e scripta sit, an omissa, ut: álleȝ geléich 6, 28; nímmer geríet 7, 124; gúoten gemách 4, 356; ſínd ſi genánt 41, 1118; hérren gewált 28, 224; ſéinem geſíht 42, 87; et: mórgen glóg-en 21, 116; ſūnden glúſt 41, 257; káinen gmách 41, 381; háiden gwált 14, 187. §. 8.

4. Vetustioris artis metricae rationem secutus, summam curam Suchenwirtius contulit in syllabas, quas inter tertiam versuum sublationem et quartam poneret, deligendas. Nam quo liberius in ceteris versus partibus usus est vocibus, quas vel abiicienda, vel contrahenda syllaba ultima decurtaret; eo studiosius eorum vocabulorum, quae extremam sublationem antecederent, pepercisse videtur integritati. Raro igitur in tertia positione syllabam invenias, quam fugerint vetustiorum poetarum vel optimi ac diligentissimi. Quoad autem hic quoque formarum imminutioni Petrus indulserit, indicabo singillatim, ubi quaerendum erit in unaquaque grammaticae parte de detrahenda ex ultima parte loquelarum litera e. Hoc unum tamen iam reticere noluerim, dissyllaba, ut: über, oder, wider, manic, under, hinder, quae in ceteris positionibus satis frequenter reperias, in tertia nunquam collocata esse, ne tum quidem, quum a vocali incipiat extrema versus sublatio. §. 9.

5. Vocalium in duabus vocibus concursus, ubi locum habet, perraro, quod equidem sciam, elisione, quae synaloephe dicitur, ad metrum accommodatur. Usitatior est hiatus, non modo in ceteris pedibus, sed etiam inter tertiam positionem et quartam sublationem, ut: ritterlèiche árt 10, 176; ſmále éck 18, 34; gróȝe ér 18, 254; hôchgelóbte árt 41, 342; túrnay áb 30, 208; ích zuo íer 31, 302; ſínd ſô édel 41, 1304; ím die ér 28, 199; áuch die é 29, 104; prícht die é 40, 72; héb du án 28, 57; ſprách vrau ér 25, 105, 157. §. 10.

Digitized by Google

II. De nominum declinatione.

CAPUT PRIMUM.

De literis et syllabis finalibus vel abiiciendis, vel contrahendis.

De apocope et syncope, quas dicunt, etsi iam olim breviter egi (Specim I. p. 53 sqq.), tamen quaestio, quatenus ad nominum declinationem pertinet, repetenda est; non quo singula quaeque, quae explicatione egeant, una continuatione sim persecuturus; multa sunt enim, quae capitibus inserere sequentibus malim: sed regulis quibusdam, quae latius patent, ad quasque Suchenwirtius nominum hac ratione imminuendorum partem longe maiorem direxit, unum in caput collatis, quid inde ad rem omnino expediendam nanciscar auxilii, non ignoro.

1.

§. 11. Dissyllaba in e desinentia, priore brevi, quotiescunque similem binorum versuum exitum conficiunt, eam vocalem amittunt (Specim. I., p. 53); servant nonnunquam, etsi raro, in medio versu. Quo referenda sunt ex substantivis: here (dat. sing.) **4, 301**; hofe (dat. sing.) **6, 81**; **22, 87**; **31, 40, 171**); höfe (acc. pl.) **6, 86**; knabe (nom. sing.) **31, 56**; grabe (dat sing.) **11, 81**; vride (dat. sing.) **17, 31**; ſchade (nom. sing.) **17, 47**; **33, 104**; rede (nom. dat. sing.) **22, 225**; **28, 364**; **31, 153**; Iude (nom. sing.) **41, 618**; ge-müse (acc. sing.) **7, 184**; klage (nom. acc. sing.) **11, 213, 233, 122**; **23, 113**; zage (nom. sing.) **28, 69**; — ex adiectivis: ſmale (acc.) **18, 34**; — ex pronominibus: dise (nom. pl. masc., nom. sing. fem., acc. sing. fem.) **3, 160**; **10, 23**; **22, 147**; **25, 102**; **31, 92**; **33, 80**; **44, 21**; **45, 31**. Quo ex numero exemplorum, si quae in dubium vocari possint, haec certe: ſchade **17, 47**; Iude **41, 618**; zage **28, 69**; ſmale **18, 34**; dise **10, 23**; **31, 92**; **44, 21**; **45, 31** reiici prima, quam supra exposui, artis metricae regula non patitur. Quodsi consonantes, quae literam e praecedunt, respicis, non te fugiet, post medias inprimis et spirantem s servari terminationem, post liquidas perraro, nunquam post tenuem t.

§. 12. Nec non longa priore in e exeuntibus dissyllabis creberrime detrahitur posterior, ita ut nominum mutilorum numerus numero non imminutorum dimidio fere maior sit;[4]) neque consonantem in fine prioris reperias ullam, quae insequentem vocalem usquequaque tueatur. Qua in re haec etiam observari possunt: a) voces vocali prioris longa ante consonantem simplicem multo frequentius carere terminatione, quam quae ante —e binas vel ternas habeant consonantes; — b) nomina ad versuum concentum adhibita reliquis multo rarius servare integritatem; — c) in tertia positione nomina alia non inveniri, nisi quae iam ineuntis saeculi tertii decimi poetis licuerit privare terminatione, ut substantiva: her (domine) **36, 1** et vrau **25, 105, 157**, quorum utrumque praecedit nomen proprium;

4) Qua in ratione non duxi literam finalem *e* abiectam a genitivo et dativo sing. femininorum quartae declinationis.

Digitized by Google

numerale zwên 37, 57; pronominis possessivi accus. sing. fem. et nom. accus. plur.
omnium generum (cf. I. Grimm, d. Gramm. 4, 480): mein 44, 58; dein 38, 159;
40, 203; 41, 860, 883; 42, 33, 34; 44, 57; ſein 13, 170; 28, 117; 31, 120;
40, 41; 41, 1448; 43, 46; 44, 30; pronominis indefiniti kain accus. sing. femin. 22,
127; 40, 34; 41, 815, 934; et accus. sing. femin. articuli indefiniti ein 3, 97; 10, 38;
36, 17; 41, 405, 1083; 43, 8, 11[5]).

Vetustioris linguae trisyllaba, antepenultima correpta, in -ele, -ere, -eme, §. 13.
-ene desinentia eandem apud nostrum sequuntur regulam, ad quam poetae proximi sae-
culi iam deflexerant easdem trisyllaborum terminationes antepenultima producta. Amittunt
igitur ad unum omnia vocalem — e ultimae, nisi excipere velis edle 8, 78, 170; eure
31, 162; ge-porne 24, 308; 2, 48 pro edel, euwer, ge-poren (= edele, euw-
ere, ge-porene), quae formae multo usitatiores sunt, ut paucae illae a regula ab-
horrentes librariis potius deberi, quam poetae esse videantur.

2.

Dissyllaba in — en desinentia, priore sive longa sive brevi, — e posterioris reti- §. 14.
nent, neque magni refert, consonans praecedens muta sit, an liquida vel spirans. Itaque
in versibus vel trium vel quatuor sublationum pes tertius efficitur nonnunquam etiam eius-
modi nominibus, qualia sunt këlen 10, 202; ſcharen 41, 1010; kolen 45, 85; hol-
en 24, 34; ſmalen 18, 139, quae, ne *sonans* qui dicitur concentus, neve positio tol-
latur tertia, in këln, ſcharn, koln, holn, ſmaln contrahi metrum vetat. Eadem
tamen dissyllaba cum multis aliis in — en exeuntibus, priore correpta, servata posteriore
et in medio et in exitu versus pro monosyllabis posita esse, iam supra (§. 3) et in speci-
mine primo (p. 6 sqq.) monui. Neque vero affirmaverim syllabam — en nunquam amit-
tere vocalem. Sunt exempla contractionis, sed in vocibus tantum, iisque perpaucis, quorum
syllaba prior in consonantes **r, w, ll** exit, ut: jârn (:varn) 31, 66; hofe-galln
(:gevalln) 38, 137[6]); êrn 10, 169; meurn 41, 1089; treun 24, 281; vraun
24, 298 (fortasse etiam 25, 153; 38, 175. vid. §. 44), Pülln (?) 7, 118. Reliqua
enim, quae huc referenda esse videantur, exempla: êrn 29, 243; willen 36, 86; 41,
1343 syllabam -en servare posse concedes, si legum artis metricae (§. 5) rationem habueris.

Nec dissyllaborum in — es finitorum, quae vocali terminationis priventur, ita ma- §. 15.
gnus est numerus. Semper autem deest litera e in genitivo nominis numeralis ain (4,

5) Eo non esse referendam vocalis -*e* detractionem de nomine composito úrkunde 20, 31, aliisque similibus, quum in tertia sublatione et positione deprehendantur, alio loco demonstrabo.

6) pfaffn (:beſchaffn :ſtrâffn) 27, 62 genuinum esset, an pfaffen (:beſchaffen: ſtrâffen), primum specimen conscribens, dubitavi (cf. p. 17); paucis autem post annis, ut literam *e* restituerem persuasit mihi Lachmannus (Wolfram von Eschenbach, p. XIV.). Qua enim licentia vetustiores poetae usi sunt interdum, frequenter vero Suchenwirtii aequalis et popularis, *Henricus Teichnerus*, ut versui quatuor sublationum exitum *sonantem* concederent, eam nostro cur omnino abiudicem, non video.

Digitized by Google

172; 29, 196; 31, 158; 35, 93, 94; 36, 52; 40, 111); rarissime inhaeret in eodem casu articuli indefiniti ein (18, 233; 31, 114); toties (39, 190; 41, 701) desideratur in pronomine indefinito kain, quoties (5, 5; 25, 274) invenitur; multo rarius eliditur, quam servatur in pronominibus possessivis mein, dein, sein, ier.[7]) Substantiva, priore sive longa sive brevi, literam e posterioris post quamvis consonantem tueri solent; excipe tamen: ſuns (:uns) 41, 1249; gots: gepots 41, 151, 1013; cf. Parz. 816, 29. 30; mans (=mannes: Hans) 29, 138; pruns (=prunnes: uns) 41, 1066; ſuns 41, 200; hers 4, 199, 317; gots 33, 13; 39, 58; 41, 962, 1009, 1019 (?); gepots 39, 81; tags 14, 85, 97; 18, 333, 405; 22, 1; 28, 78; 36, 52; jârs 38, 337; leibs 28 213; kriegs 33, 54; ſtreits 17, 30; prôts 22, 29; mans 22, 44; ſchimpfs 28, 96; lands 41, 460, 504; ends 39, 138; wierts 29, 60; nahts 4, 302, 308, 437; 28, 74. Ex adiectivis simplicibus unum al genitivum alles contrahit in als 41, 1452; quod enim legitur 11, 248 liebs gewinn, mutari potest in liebes gwinn; ex compositis pro tugenthaftʒ 1, 57; 11, 168 et geſellicleichʒ 1, 58 metrum et syntaxis (cf. §. 46. not.) postulant tugenthafts, geſellicleichs (=tugenthaftes, geſellicleiches).

§. 16. Ex dissyllabis in -eʒ,[8]) -er, -em desinentibus e posterioris nonnunquam amittunt tria: alleʒ (18, 539; 20, 2 (?); 23, 13; 24, 247; 25, 180; 34, 76; 30, 37; 39, 37; 41, 1357, 1449); aineʒ (3, 19; 4, 335; 31, 46); kaineʒ (19, 34), quibus fortasse -leicheʒ in klegeleicheʒ (35, 56) addi potest; nonnulla autem in -nem et -wer una cum consonante praecedente vocalem eiiciunt, ut: meim, eim, eur (=meinem, einem, euwer), quibus de contractionibus infra (§§. 80. 85) loquar fusius.[9])

§. 17. De formis contractis nominum in -en, -es, -eʒ, -er, -em exeuntium ne unam quidem in tertia positione offendas. Qui enim versus legitur 4, 334: zway kind gepunden an iern leib, emendari potest ita ut legas: zway kínd gepúnden an íeren léib, nisi pro iern malis ponere ier.

§. 18. Dissyllaba, priore sive longa sive brevi, in -el, -er, -em, -en desinentia, quum notae flexionum -es, -eʒ, -en, -er -em, -en iis accedunt, e vel ultimae, vel penultimae, si edelen 2, 87 excipias, semper amittunt. Eliditur enim a) sine ulla exceptione

7) Non puto alienum esse ab hoc loco mentionem facere genitivi nihts, bis (39, 166; 42, 87) iam sibi arrogantis vim nominativi nihl; qui qua ratione interpretandus sit, docent I. Grimmius (Gramm. 3, 67) et Schmellerus (Wörterb. 2, 674).

8) Hanc terminationem, commutatam frequenter a librariis cum terminatione — es, quatenus Suchenwirtius sibi vindicare possit, exponam §. 73.

9) ſeiner 28, 349, si genuinum esset, in monosyllabum mutari iuberet metrum; sed meliorem lectionem praebet Lassbergius (Liederſ. 3, 66), apud quem est articulus definitus dĕr. Nec maiorem fidem habet monosyllabum ierr (=ierer) 25, 336. Verum habebis, si ier posueris, i. e. genitivum pronominis personalis ſi (cf. §. 86).

Digitized by Google

vocalis flexionum -es et -eȥ post syllabas -el, -er, -en, ut: ſatels 10, 135; adels 21, 95; edels 1, 56; teufels 40, 61; michels 9, 37; jâmers 42, 90; anders 4, 407; anderȥ 38, 107; unsers 41, 909; euwers 10, 18; lëbens 6, 50; morgens 4, 236; — b) flexionis nota -en aut omnino tollitur, aut cum antecedente syllaba corripi solet, ut: nageln 14, 83; wankeln 38, 240; vëdern 12, 125; obern 45, 11; vingern 30, 69; jungern 41, 640; andern 17, 59; 18, 262; unsern 4, 291; euwern 14, 352; vocali autem penultimae privatur zëſemen (2, 77; cf. 41, 743 formam dativi zëſem); vel ultimae vel penultimae edelen, ita ut quoties edeln, toties fere edlen legatur. Formas andren 3, 124 et euren 17, 164 pro andern et euwern librariis, non poetae tribuerim; — c) flexionis nota -er sui similem syllabam insequens, abiicitur, ut: ander[10]) (genit. pl. neutr.; dat. sing. fem.) 28, 316; 41, 771; unser (gen. dat. sing. fem.; gen. pl.) 1, 114; 18, 331; 35 50; 36, 62; 41, 655; servatur, vocali penultimae sublata, post -el et -en ut: edler 7, 239; 8, 74; 34, 114; aigner 41, 727; — d) nomina in -elem et -erem desinentia nunc ultimae, nunc penultimae vocalem amittunt, ut: edelm 9, 14; 25, 44; unserm 41, 617, et edlem 15, 170; eurem 7, 188; 13, 193; contrahuntur in -em syllabae -enem, ut: aigem 20, 25 (cf. Hahn, mittelhochd. Gramm. p. 97); offem 18, 537; — e) terminatio -eu ubi manet, ut vocalis penultimae elidatur, efficit, ut: edleu 28, 320, 337; 41, 80; 3, 191; 41, 1294; andreu 28, 79; 25, 259; ſwangreu 41, 372, quorum exemplorum nonnulla librariorum incuria in -e finiuntur.

3.

De syllabarum, quae in consonantem exeant, detractione dicturus, non habita hic ratione terminationum earum, quas adiectivis et pronominibus adimi iam vetustior usus sermonis vel patiebatur, vel iubebat, ea tantummodo exponam, quae ad peculiarem quendam terminationum -en et -es abiiciendarum modum pertineant.

Terminatione -en haud raro privari voces dissyllabas in versuum exitu, compluri- §. 19.
bus exemplis in primo specimine (p. 9 — 11; 13; 18) comprobavi. Consonantibus autem in fine prioris m, n,[11]) rm, nn, ng, quas favere dixi syllabae detractioni, addendae sunt ll et nd in: will (acc. sing.: pill: ſtill) 10, 47; 20, 231; ge-ſell (dat. sing.: well) 4, 562; kind (dat. pl.: ſind) 33, 99. Post easdem in medio quoque versu syllaba -en aliquando abiicitur, ut: nam (acc. sing.) 14, 53; muom (dat. sing.) 41, 196; ſtang (acc. sing.) 14, 76; zung (acc. sing.) 7, 230; insuper perpaucis in nominibus, quae infra proponam, post alias quasdam consonantes.

---

10) ein andrer (nom. sing. masc.) 28, 292 tuendum sit, an reiiciendum, nunc quidem non diiudicaverim; apud Lassbergium (3, 65) legitur kain ander.

11) cf. Lachmann, Anmerk. zu den Nibel. 216, 1; Hahn, mhd. Gramm. p. 92, 2. d.

Digitized by Google

§. 20. Flexionis notam -es, praeter nomina, quae iam multis ante saeculis ea carebant (I. Grimm, Gramm. 4, 464, 465), alia complura interdum amittunt,[12]) ut: ſun (:tuon) 11, 54; pein (:ſein) 16, 216; ſchaur (:ſaur) 10, 10; rât (:ſtat) 24, 335; guot (:muot) 38, 341; übermuot (:tuot) 24, 232; hort (:wort: geſtôrt) 3, 57; 11, 137; pau (:Henigau) 14, 280; leib (:weib) 17, 113, et quae sunt reliqua in versuum clausulis nomina et appellativa et propria. Nec non occurrunt in medio versu formae ut: lob 41, 1295, 1310; leib 7, 187; êweib 39, 190; got 36, 62; muot 18, 151; wilpraet 31, 176; holz 34, 65; pâbſt 35, 94; volk 18, 399; urlaub 22, 210; poes gevert 4, 209, quas vel omnes, vel maximam partem haberi genitivos necesse est, quasque, etsi litera s (vix syllaba -es) quin iis adiiciatur nihil obstat, tamen omnino reprobare vetant me leges quaedam in verborum collocatione a Suchenwirtio servatae, de quibus alio loco disseram.

§. 21. Nunquam poeta terminationes -en, -es detraxit dissyllabis, ut iis in ultima positione uteretur. Quae enim formae in ceteris positionibus cum aliis similibus interdum leguntur, ain, ein, kain, mein, ſein (=ainen, einen, kainen, meinen, ſeinen), eas, ubi ante quartam sublationem inveniuntur, ad unam omnes emendare vel licet vel oportet.

§. 22. Ex dissyllabis casu recto in -el, -er, -en desinentibus flexionis nota -en semper carent nomina in -en, priore sive longa, ut: wâffen (:ungeſchaffen) 37, 42; zaichen 41, 601; kriſten 4, 292; sive brevi, ut dëgen 16, 96 (cf. Grimm, Gramm. 1, 374. 669; Nibel. 553, 2; Hahn, mhd. Gramm. p. 80; 92, 2. d). Nonnunquam terminationes -es et -en abiiciunt nomina quaedam in -el, -er finita, ut: zweivel, kummer, ritter, jeger, wuocher, pfëffer, ſünder, prieſter, ubi -s (=es) desideratur; et ritter, zeher, dächer, ander, quibus deest altera terminatio (-n=en; cf. Helmbr. 919 et Hahn l. l.). Formam kummer (=kummers) in exitu versus 7, 37 confirmat concentus cum voce ſummer (acc. sing.); dativos plur. ritter 18, 455; 20, 192, et ander 41, 1158 tuetur metrum (non enim audeam scribere rítttern und, ándern ier-cf. §. 6); genitivi sing. denique zweivel 44, 37; ritter 10, 262; jeger 26, 45; pfëffer 31, 176; ſünder 41, 265; prieſter 41, 1528, et dativi plur. ritter 1, 117; 4, 147; 5, 95; 30, 261; 37, 55; 38, 66; dächer 20, 42, quemadmodum nonnulla eorum exemplorum, quae enumeravi §. 20, pendere videntur ex verborum collocatione.[13]) Haec autem: wuocher (gen. sing.) 21, 90; zeher (dat. pl.) 42, 27; (dën, die, zuom) ander 4, 96; 7, 220; 42, 193; 14, 210, qua ratione defendam,

12) cf. Hahn, mhd. Gramm. p. 92. 3.

13) Formas zweivel et pfëffer, sicut wilpraet 31. 176 (cf. §. 20) probat ipse Wackernagelius (Deutsch. Lesebuch. I, col. 916. 918).

Digitized by Google

nunc quidem ignoro. — Ab eiusmodi vocum syllaba posteriore non abhorrere tertiam positionem, concedes, si formas ritter 10, 262; jeger 26, 45; ſünder 41, 265; prieſter 41, 1528 comprobaveris.

CAPUT SECUNDUM.

De nominum substantivorum declinatione.

A. Nomina appellativa.

1. Declinationes quae fortes sive potiores vocantur.

a) *Masculinorum*

Declinatio prima. §. 23.

Exempla:	sing.	fin	tag	engel	dëgen
		finn-es	tag-es	engel-s	dëgen-s
		finn-e	tag	engel	dëgen
		fin	tag	engel	dëgen
	plur.	finn-e	tag	engel	dëgen
		finn-e	tag	engel	dëgen
		finn-en	tag-en	engel-n	dëgen
		finn-e	tag	engel	dëgen

α) *Monosyllaba:* ait 24, 323; arm 6, 19; danc 18, 275; dieb 41, 180; ge-don 4, 480; 20, 191; 40, 76; dôʒ 7, 43, widerdôʒ 7, 165; *ge-dranc[14]) 4, 185, 220; cf. Nib. 1911, 1; Ulrich 261, 25; wider-drieʒ 20, 211; Grimm, Gramm. 3, 479; Schmeller, Wörterb. 1, 414; durſt 40, 134; fiſch 25, 122; fleiʒ 3, 179; ungefuog 7, 129; gaiſt 41, 1421; galm 30, 84; gart 43, 35; *geit 29, 102; ungëlt 27, 57, wider-gëlt 41, 812; cf. 38, 506 p. 168; gèr 44, 27; glaſt 3, 150, widerglaſt 4, 72; glitz 16, 201; got 6, 190; gràl 31, 189; graus 16, 98; griff 18, 139; 41, 1377; cf. Schmeller 2, 106; grim,-mmes 5, 18; *mer-grieʒ[15]); *ur-hab 25, 104; hag 23, 2; 24, 97; haft (zirkelhaft?)[16]) 41, 703; ge-haiʒ 28, 77; hal, -lles 18, 29; Schmeller 2, 166; hëlm 3, 144; helt 8, 91; hort 3, 1, kammerhort 3, 57; hunt 36, 23, hellehunt 44, 22, laithunt 18, 20; *bejag 25, 136; preis-, trôſtbejag 6, 221; 26, 5; kalch 40, 139; kaur 16, 170

14) Complurium nominum substantivorum genus quum neque per se constet, neque communi consuetudine sermonis satis comprobetur, neque alio modo, ut articulo, pronomine et adiectivo praeposito, flexionis nota etc. indicetur, asteriscum iis apposui.

15) Nominis et genus et declinandi modus in dubium vocari potest. Simplex enim grieʒ non modo masculinum (Grimm, Gramm. 3, 379), verum etiam neutrum invenitur, idque apud Teichnerum (Liederſ. 3, p. 439); neque satis indicat declinationem fortem dativus sing. mergrieʒe 17, 177, si confertur cum forma et structura eiusdem vocis 18, 547. cf. Grimm, Gramm. 3, 380; Graff 4, 345.

16) Allerzirkelhaft quod legitur, quodque adiectivum esse et Primisserus (p. 312b.) et Beneckius (Götting. gel. Anz. 1827, p. 817) censuerunt, nescio qua ratione explicem. Ex eo enim, quod substantiva, praecedente genitivo plur. aller, componi solent cum positivo adiectivi -lich (Grimm, Gramm. 2, 669. 570), non sequitur, idem fieri posse cum positivo alius adiectivi. Verum esse videtur dën maiſter aller zirkelhaft (artificem omnium vinculorum, quibus circuli [coelestes sive stellarum?] continentur. cf. 27, 22).

Digitized by Google

(? pristis, cymba); klê 41, 19; knaur 16, 169 (nodus in arboribus vel in saxis)[17]; knëht 4, 147; knopf 9, 10; krack (wandelkrack) 1, 84; cf. Graff 4, 589; Nith. 24, 6; Schmeller 2, 379; kraiȝ 18, 24; krieg 14, 169; laim 31, 118; laſt 9, 217; 41, 182, über-, widerlaſt 6, 172; 41, 1432; ab-lâȝ[18]) 36, 58; leib 4, 44; gelimpf 2, 19, ungelimpf 9, 104; liſt 31, 70, hinderliſt 6, 62; litz 3, 126; cf. Fundgr. 1, 382; Schmeller 2, 531; *leut[19]); lock 43, 16; ge-mach 4, 356, ungemach 13, 136; mâg 33, 75; fëgel-maſt 10, 232; mat, -ttes 9, 32; 4, 568; mëlm 8, 160; mist 42, 24; mort 20, 97, 106, 113; muot 3, 20, über-, unmuot 45, 45; 3, 128; neit 31, 142; ge-nôȝ 27, 7; *ge-nuog (?) 45, 18; nutz 38, 282; 10, 112; ort 3, 161; pan, -nnes 29, 116; pau 41, 1101; 14, 280; paum 4, 217; pein 23, 39; 24, 240, 329; cf Reinh. F. p. 392, 8; pëlz 45, 70; pêr 44, 42; 45, 81; cf. Fundgr. 1, p. 359[b].; përc 41, 190; pfeil 15, 65; pflock 25, 39; plân 23, 111; plick 26, 41; pock 25, 262; 21, 84; praht 9, 108; ge-prëſt[20]) 6, 118; cf. Vrid. 145, 21; Teichner, Liederf. 3, p. 299; praus 33, 55; preis 7, 57; prief 21, 2; prun, -nnes 41, 1066; puoȝ 2, 8; cf. Grimm, Gramm. 4, 245. not.; puſch 4, 329, 375; cf. Hahn, mhd. Gramm. p. 81; Schmeller 1, 214; quaſt 3, 151; *raif 41, 184; raub 12, 46; rauch 41, 599, weiroch 41, 504; reim 18, 16; rinc 9, 173; riſt 25, 160, pogriſt 25, 167; Schmeller 3, 144; rock 25, 261; roſt 4, 118; rôſt 33, 40; ruof 10, 203; ruom 41, 1037; hönik-ſaim 41, 318; ſant 4, 446; ſaus 41, 811; wider-ſatz 20, 188; cf. Reinh. F. p. 378, 1996, (an quartae declin.? cf. Wackernagel, Leſeb. 1, Col. 837, 10); ſchâch 17, 29; 20, 19; under-ſchait 9, 221; ſchal, -lles 44, 118; ſchaur 15, 52; 10, 10; 26 34 (ſchawer = ſchauer sive ſchauwer 27, 17; 33, 84); ſcheln 2, 64; ſchilt 18, 126, frideſchilt 3, 43; cf. Reinh. F. p. 373, 604, ſchërmſchilt 5, 57; ſchimpf 39, 101; under-ſchranc 41, 896; *ſchrein 1, 30; cf. Schmeller 3, 516; ſchrai 45, 21; ſchrê 10, 3; ſchrit 41, 763; ſchuoch 32, 37; ſê 41, 908; 45, 71; ſin, -nnes 22, 152; ſlâf 22, 208; ſmack 25, 135; ſmit, -des (urtailſmit) 3, 112; ſnê 3, 93; ſnit 9, 79; ſolt 4, 502; ſpleȝ 18, 340; ſpitz 3, 161, 132; ſpot, -ttes 32, 22; ſprieȝ 25, 26; ur-ſprinc 21, 78; 42, 1; ſtain 30, 110, ſchauwerſtain 33, 84; ſtaub 8, 15; ſtëg 25, 8; ſteig 11, 2; ſtërn (16, 200; 20, 155; 41, 38)[21]); ſtich 25, 281;

17) Cf. Zedler, Universal Lexic. XV. col. 1054.

18) Primaene declinationis hoc nomen esset, an quartae, dubitarem, nisi aliorum cum lâȝ compositorum formae pluralis numeri, quae apud Graffium (2, 314 — 316) et Schmellerum (2, 494) inveniuntur, primam indicare viderentur.

19) Numerum singularem testari videntur tres loci, 27, 65; 18, 418, 494; de genere vid. Grimm, Gramm. 3, 472. 473; Schmeller 2, 522; de declinatione infra §. 24, 1.

20) Quod olim negavi (Specim. 1. p. 21.), Suchenwirtium duabus syllabis, quarum una in -eſt, altera in -ëſt finiretur, unquam concentum effecisse, refellitur his vocibus: hantveſte: geprëſte 6, 117. 118.

21) Reliqui loci, ubi nomen occurrit, praebent hos casus: nominat. sing. 20, 158; 41, 474, 525, 531; dativ. sing. 41, 510; accus. sing. 41, 465; dativ. plur. 41, 247, ad unum omnes eadem forma monosyllaba ſtërn, quum metrum ubique dissyllabam requirat, quam distrahendo vocem in ſtëren assequi malim, quam ponendo formas sequioris declinationis ſtërne, ſtërnen (cf. Grimm, Gramm. 3, 392; Schmeller 3, 658). Ille enim distrahendi modus aliis quoque exemplis confirmari potest (vid. voren: ſporen 4, 335; zoren : verloren 38, 78; ieren : hieren 25, 93, et ſtëren : ëren apud Sigufr. Helbl. in N. Jahrb. der Berlin. Gesellsch. für d. Sprache 4, p. 205); duplici autem ratione hoc nomen a Suchenwirtio declinatum esse, quo probetur, nihil video.

Digitized by Google

ſtraich 15, 131; ſtrick 25, 41; ſtreit 14, 69, vëltſtreit 14, 324, widerſtreit 22, 202; ge-ſuoch 24, 311; Schmeller 3, 192; ſwaiȥ 20, 96; tag 10, 24, mittetag 40, 115, ſambȥ-, ſunn-, ôſter-, karfreitag 18, 330; 41, 631, 632; 36, 45; tail 34, 111; 37, 57, gegen-, vor-, widertail 38, 210; 4, 383; 28, 364; tan, -nnes 24, 78; teich 41, 46; tiſch 25, 121; tôt 3, 80; traut 11, 178; 28 170; Grimm, Gramm. 4, 952; tratz 21, 18; lait-ver-treib 31, 2; cf. Reinh. F. p. 378, 2046; Grimm, Gramm. 2, 961; trit 25, 270; trôn 41, 1265; *trôr 25, 24; cf. Grimm, Gramm. 3, 388. 495; Schmeller 1, 499; trôſt 2, 6; trutz 10, 111; *kriſten-tuom 14, 311; cf. Walth. 6, 31. 32, Titur. ed. Hahn 86, 4; reichtuom 39, 226; *ſiechtuom 25, 314; cf. Barl. 73, 37; Ulr. 334, 24; Amis 2222; Schmeller 3, 190; twalm 30, 83; valſch 3, 63; *vâr 15, 205; 28, 99; Grimm, Gramm. 3, 157. 158[22]); veint 20, 181; vërs 41, 223; vlins 10, 48; vrâȥ (edacitas) 40, 18; vreunt 31, 57; wân 41, 518; wanc 30, 167; ge-walt 6, 75; 35, 39; wëg 15, 188; wein 27, 57, ôfterwein 4, 115; cf. Schmeller 1, 125; ge-win, -nnes 25, 310, ungewin 23, 73; wint 4, 453; wiert 29, 60; zain 21, 181; zart 31, 91; 41, 721; cf. Grimm, Gramm. 4, 256. 952; *zeug 28, 174; cf. Schmeller 4, 230; Graff. 5, 611; zins 41, 365; zorn (40, 19; zoren 38, 78); zwierm 44, 53; Schmeller 4, 309.

β) *Nomina in* -el, -er, -em, -en *desinentia*: *angel (cardo.) 33, 90; cf. Sumerlat. 51*; Schmeller 1, 78; engel 9, 20; eſel 41, 442; exempel 41, 259, ſchantexempel 36, 72; *gaukel 29, 241; hagel 4, 430; himel 41, 741; hobel 3, 136 (hopel ? 14, 214); *humel[23]) 45, 20; igel 45, 100; mermel 41, 175; nagel (clavus) 14, 83; nëbel 3, 142; pëmſel 25, 207; Schmeller 1, 285; pengel 30, 153; peutel 29, 129; povel 37, 35, 41; rigel 32, 7; ſchimel 41, 742; 4, 118; *ſcharmützel 18, 538 (ſcharrenmützel 16, 35); cf. Schmeller 3, 402; *ſëgel 13, 6; Schmeller 3, 211; ſlüȥȥel 1, 11; ſpiegel 41, 859; ſprengel 41, 1120; Schmeller 3, 590; ſtahel 45, 64; ſtengel 9, 19; ſwëbel 3, 143; tadel 45, 82; tëgel 13, 5; tempel 41, 260; teufel 23, 52 (tiefel 33, 12); tobel 3, 137; Schmeller 1, 425; lanc-veȥȥel 22, 180; vogel 9, 25; vriedel 11, 178; wadel 12, 109; *wandel 23, 10; Schmeller 4, 97; wëhſel 20, 11; winkel 41, 385; zirkel 41, 184; zobel 12, 108; zweivel 41, 1307; — anger 41, 340; anker 12, 121; galander 17, 60 (kalander 30, 147); hunger 18, 131; jâmer 32, 39; junger 41, 819; kaiſer 1, 153; kipper 14, 211; cf. Reinh. F. p. 112, 1707; kummer 15, 173; maiſter 4, 349; pfëffer 31, 186; plunder 4, 347; cf. altd. Wäld. 2, 137; Schmeller 1, 335; prieſter 41, 1528; raiger 25, 83; ſumer 31, 110 (ſummer 7, 38); vinger 33, 91; wander 21, 136; 28, 34; Schmeller 4, 99; wider 44, 84; winter 14, 27 (winder 31, 110); wuocher 42, 34; zitter 4, 276; Schmeller 4, 294;

22) Nomen vâr cum praeposit. ſunder saepius lectum (28, 99; 30, 70, 122; 39, 236) agnoscere mihi videor in ſunderwar 25, 352. Minus placet, quod alio loco (Götting. gel. Anz. 1839. p. 636) ad eam vocem illustrandam commendatum est. Nam forma war, si pro bar (= barre, cancelli) posita esset, consonans w nimis repugnaret contra rectam scribendi literas rationem. cf. Specim. I. p. 30 et infra §. 30 vocem par (= parre).

23) Non liquet neque genus, neque vis verbi. Quaeri enim potest, insectumne (humbel Iwein. 206; humel Renner 19599) designaverit poeta, an bovem admissarium, an hircum (cf. Schmeller 2, 197 s. v. hummel).

Digitized by Google

*zucker 27, 6; Schmeller 4, 225; Graff 5, 631; quibus addi possunt nomina insequentis declinationis in -er (= aere) finita; — âdem 30, 49; cf. Schmeller 1, 26; — dëgen 4, 526; haiden 4, 286; cf. Parz. 744, 8; Grimm, Gramm. 1, 1079; maiden 8, 111; morgen 4, 236; orden 4, 507; rëgen 6, 79; ſëgen 6, 181; wagen 36, 29.

γ) *Nomina in* -ic, -ich, -eich, -inc; -est; -ant, -ent; -ein *desinentia:* *honic 4, 347 (hönic 24, 238); künic 7, 117; kranich 25, 85; münich 22, 97; podich 12, 111; cf. Grimm, Gramm. 2, 280; Schmeller 1, 224; eʒʒeich 41, 614; 45, 17; kiselinc 45, 50; pfenninc 29, 124; — dieneſt 13, 57 (dienſt 10, 57); ërneſt 20, 14 (ërenſt 15, 29; ërnſt 10, 245); — âbent 4, 389; hailant 41, 416; zëhent 27, 61; — guldein 23, 91; rubein 16, 193 (rubin 41, 16; rubeine 6, 184).

δ) *Reliqua quae sunt nomina peregrina:* adamas 13, 182; ameis 6, 210; ſitikus 30, 40; kardinâl[24]) 29, 127; noclier 8, 153; *occident 25, 52; *örient 15, 213; persewant[25]) 15, 120; pyſcholf 18, 452; Grimm, Gramm. 1, 444; *palaſt 41, 1027; Troj. Kr. 8490; Liederſ. 3, 157; Grimm, Gramm. 3, 427; patrôn 8, 153; *rifier 41, 47; cf. Parz. 118, 12; ibid. var. lect.; Titur. 1136, 4; ſaffier[26]) 28, 202; ſameit 30, 157; ſmaragd 24, 118; turnay 30, 212; *veyal 18, 263 (viol 41, 169); cf. Grimm, Gramm. 3, 562; Schmeller 1, 624; cherubin 41, 1335; ſeraphin 41, 1392.

§. 24. *Annotatio.* — 1. Omnia, quae enumeravi nomina, sequi hanc declinationem, minime constat. Quum enim, imminutis vocum terminationibus, accurata nominum masculinorum in consonantem desinentium distributio in primam et quartam declinationem perdifficilis sit; tum in scriptore huius saeculi nullo modo fieri potest, praesertim si nomina quaedam inveniuntur, quae vel numero plurali omnino careant, vel quorum numerus pluralis vocali syllabae primitivae indicari non possit, vel denique, quae a librariis minus accurate scripta sint. Quae omnia in Suchenwirtii poematis, ut edita sunt, concurrunt. Adde quod apud eum, quoad sermonis proprietas perspici potest, complura nomina evidenter sequuntur declinationem quartam, quae saeculo tertio decimo nondum mutare solebant vocalem radicis; quodque contra in prima retinentur alia, quae posterioris temporis usus in quartam transtulit: ut medium quasi inter vetustiorem et recentiorem declinandi modum in eiusmodi vocibus teneat Suchenwirtius. Itaque, ne licentius distribuisse vide-

24) Pro forma nominativi plur. kardinel 35, 27 varia lectio est kardinâl p. 162, quam potiorem habeo; cf. Walth. p. 33, 9. Renn. 1028. Neque tamen negari potest, iam saeculo tertio decimo vocalem ultimae in numero plurali nonnunquam in e abiisse. cf. vocat. plur. kardenele, quem Lachmannus affert ex cod. A. ad Walther. p. 154.

25) In versus exitu, amissa terminatione dativi plur. -en. Insequens versus desinit in vocem tribliant, certe quidem nomen substantivum, pendens ex praepositione von, cuius tamen et vim et genus, et numerum ignoro. Quod apud Ottocarium legi testatur Oberlinus p. 1661 (nam ipsum Ottocarium consulere non potui), nomen triblian, non tam forma, quam significatione a tribliant videtur abhorrere.

26) In nominibus compositis sequiorem declinationem sequitur (13, 208; 24, 114 cf. Ulr. 171, 7) aeque ac ſmaragd (9, 225; 10, 249); quin adeo dubitari potest, omninone huc referenda sit vox ſmaragd. Quod enim 8, 240 legitur ſmaragden, vix alius casus esse videtur, nisi accusativus plur., neque metrum vetat, pro ſmaragd 24, 118, poni ſmaragden.

Digitized by Google

rer nomina, in hunc indicem retuli ea, quae vel omnino carent numero plurali, vel ex communi quum vetustioris, tum recentioris sermonis more, dum flectuntur, vocalem radicis non mutant, aut propter eius naturam non possunt mutare (quibus etiam adnumeravi leut, prief, ſchilt, ſchrit, tiſch et quae reliqua Grimmius I, p. 665 sqq. iam transcripsit ex quarta in primam), vel quae pluraliter posita ipsa vocali declinandi rationem indicant, ut paum, pflock, knopf, nagel, vogel, pock, rock: reliqua omnia, in classes quasdam descripta, reservavi declinationi quartae. Qua in distributione fateor plus aequo fortasse me confisum esse librariorum diligentia. Perexiguus est enim numerus eorum nominum, quae, vocali radicis dubia, plurativa in versuum exitu deprehendantur, ac ne tum quidem concentus genuinam cuiusque vocis formam indicat, ut in pocke (nom pl.): rocke (acc. pl.) 25, 261; cf. Parz. 446, 15; Nib. 535, 3; Nith. 2, 5; 20, 7; 29, 2; Helmb. 675; Grimm, Gramm., edit. tert. I, 1, p. 154. Certior nominativus pluralis knopf (:tropf, nom. sing.) 9, 10, quod Grimmius (1, p. 671) quartae vult nomen fuisse iam saeculo tertio decimo. Pluralia autem paume, puschen, pflock, nagel, vogel, ut quae non nisi in medio versu legantur (4, 217, 375; 25, 39; 14, 83; 9, 25; 18, 242; 22, 165; 23, 3; 24, 116; 29, 161; 41, 117) alia argumentatione, nisi quod sic scripta sunt, confirmari non possunt. Simplex got, verum deum semper significans, caret numero plurali apud Suchenwirtium (cf. Graff. 4, 149; Schmeller 2, 82); de composito abgot vid. declin. quartam. — 2) Nomine prunne, -en (fons) semel tantum usus est Suchenwirtius 23, 7, in medio versu; reliquis locis, si dubiam genitivi plur. formam prunn (:unverſunn) 15, 82 excipias, hoc substantivum potiorem sequitur declinationem, ut: pruns (= prunnes: uns) 41, 107; prunne (gen. pl.: kunne: wunne) 41, 44, 906; cf. Iwein 581 et vocem island. brunnr, Grimm, Gramm. I, p. 650. Quaerere possis de vocali genitivi pluralis, utrum **u** sit an **ü**. Certe scriptum est prunne utroque loco; sed his ipsis in literis **u** et **ü** scribendis librarii fuerunt negligentissimi. Plus valent versuum clausulae inter se consonantes. Ex his enim ſunn (sol): wunn 41, 1464 effici licet, vocalem **u** vocis wunne reliquis quoque locis, ubi reperiatur, genuinam esse, ita ut 41, 906 legendum sit wunne: prunne, non wünne: prünne. Adde, quod **u**, insequente **n** geminata, ubi in **ü** abire vel possit vel debeat, omnino fugere videtur eam immutationem, praesertim in vocibus kunne et wunne, quae nunquam commutantur cum künne et wünne. Itaque prun primae potius, quam quartae declinationis esse nomen arbitror. — Quod vocem junger (discipulus, cf. Grimm, Gramm. 4, 256) adscripsi nominibus substantivis, quae potiori obnoxia sunt declinandi rationi, non mirabere, si respexeris formas nominativi et genitivi plur. die, dër junger 41, 775, 789, 799, 819, quibus solis nos quoque utimur. — 3) Monosyllaborum in vocalem desinentium, ut: klê, pau, ſchrai, ſchrê, ſê, ſnê, dativus sing. flexionis nota semper caret; unius, qui invenitur, genitivi pau (= pauwes) iam supra (§. 20) men-

Digitized by Google

tionem feci; plurativa non leguntur. — 4) Pro nominativo sing. rubein vel rubin tertia forma rubeine (:peine) 6, 184 confirmatur versus exitu. Quae accessio literae -e quum in voce sit peregrina, una cum heteroclitis ſaffier et ſmaragd (cf. not. 26) fulcire videtur alius nominis externi nominativum sing. trône 41, 1026 (praeter trôn, gen. trônes 41, 1265), quem ob metricam rationem restituendum esse conieci in Specim. I, p. 16. 17. Vocabulis vernaculis non ausus est Suchenwirtius eiusmodi addere accessionem. — 5) Restat ut de ratione agam aut tuendi aut imminuendi terminationes nominum eorum, quae sub γ. et δ. enumeravi. — a) Syllaba -es genitivi sing., excepto âbents[27]), ubique servatur, ut: küniges 6, 137; honiges 4, 347; dienſtes 5, 88; 10, 47, 53; ërnſtes 10, 48; 13, 68; 18, 375. — b) Terminationem dativi plur. -en non amittunt derivata in -ic, -inc, -ier, ut: künigen 18, 87; 25, 227; 41, 512, 554; kiſelingen 45, 59; ſaffieren 6, 202; aut tuentur aut amittunt derivata in -ein (cf. Hahn, mhd. Gramm. p. 92. 2. d), ut: rubeinen 1, 192; 3, 163, et rubein (:ſchein) 1, 176; 15, 198; guldein 23, 91. Reliquae voces, quarum dativi plur. haberi videntur viol 41, 169; kardinâl 29, 127; persewant 15, 121, flexionis nota carent. — c) Terminationem -e fere servant dativus sing. et nominativus, genitivus, accusativus plur. vocis künic; excipe nominativum plur. 41, 523 et dativum sing. 7, 117; 10, 91; 16, 119; 18, 119, 223; dativo sing. münich 22, 97, et accusativo plur. zëhent 27, 61 addi vocalem -e metrum neque vetat, neque iubet. Derivata in -ein, excepto dativo sing. rubeine (:lateine) 25, 66, vocalem flexionis abiiciunt, ut nomin. genit. plur. rubein, guldein 17, 186; 4, 500, 551. Nominum dieneſt et ërneſt quominus ullus usurpetur casus, qui tres habeat syllabas, metrum obstat. Nec dissyllabas formas dienſte, ërnſte ut dativo sing. concederent, placuit librariis. Inveniuntur enim praeter monosyllaba dienſt, ërnst hae tantum eius casus formae: dieneſt, ërneſt, ërenſt (15, 29; 11, 210; 13, 57, 147, 193). Qua nisus observatione dativos monosyllabos dienſt, ërnſt, ubi cum metro non congruunt, mutare malo in dieneſt, ërneſt (ërenſt), quam in dienſte, ërnſte[28]). Reliqua nomina, quum flectuntur, omnino abiiciunt vocalem -e, ut dat. sing. adamas (:was) 3, 171; ſameit 25, 47; occident 25, 52; ôrient 15, 213; pyſcholf 18, 452; turnay 30, 229; et nomin. genit. accus. plur. rifier 41, 47; ſaffier 28, 26; patrôn 8, 153; kardinâl 35, 27; noclier 8, 153; veyal 18, 263.

Declinatio secunda.

§. 25. Nomina, quae secundam declinationem sequebantur in antiquissima lingua, iam maximam

27) Vid. supra §. 7. Genitivi formam künigs semel tantum (20, 73) scriptam, idque in codice minoris auctoritatis, forma küniges exemplorum multitudine longe superat.

28) Wackernagelius, Leseb. I, col. 913. pro forma dativi ërnſt substituit quidem ërnſte, comprobat tamen col. 917. nominativum sing. ërenſt.

Digitized by Google

partem eadem flectuntur ratione, qua nomina primae; perraro enim nominativus et accusativus sing. servant priscam vocalem **-e** (= **-i**). Quo referenda sunt:

α) *Dissyllaba* in -**e**: kaese, pfelle, rucke.

β) *Nomina complurium syllabarum* in -aere: gartenaere, lügenaere, mülnaere, peihtigaere (?), rüemaere; — in -er, -en (= aere, aene): alter (ara) 11, 55; diener 2, 40; fuotrer 18, 170; cf. Schmeller 1, 578; hërter 38, 220 (Sumerlat. 48[b.] hërtare); cf. Schmeller 2, 236; hüeter 41, 1057, 1091; jeger 26, 8; klaffer 38, 155; klager 38, 209; lêrer 19, 58; laiter 41, 506; marner 4, 190; martrer 41, 1500; minner 24, 328; morder 20, 89, 109; neider 40, 98; purger 18, 449; 37, 26; Schmeller 1, 199; rihter 42, 121; ritter 5, 92; ſalter 41, 1023; cf. Graff 3, 370; Barl. 338, 22; Titur. 732, 4; ſchepfer 40, 62; ſchreiber 41, 494; ſmaicher 38, 321; ſünder 41, 276; üeber 13, 56; cf. Grimm, Gramm. 4, 755; volger 24, 189; 15, 122; vollaiſter 4, 350; Graff 2, 254; Liederſ. 3, 596; verwëſer 41, 367; — kriſten 41, 1493.

Annotatio. — 1) Nomina kaese et pfelle ubi leguntur, carent litera finali, non modo primo et quarto, verum etiam tertio casu, ut: kaes (dat. sing.) 45, 96; pfell (nom. sing.: hell) 40, 164; pfell (acc.) 40, 154. In substantivo rucke, tum servata, tum abiecta litera **-e** (15, 74; 14, 113), librarii usquequaque integram[29]) vocalem radicis posuerunt. Neque ullo loco laesam dixerim esse substituendam. Primum enim omnino devitare videtur Suchenwirtius vocalem **ü** ante **ck**; deinde, ut apud poetas quosdam saeculi tertii decimi, sic in recentioribus quoque Germaniae superioris dialectis rucke, brucke, ſtucke formae sunt usitatissimae (cf. Benecke, Wörterb. zu Iwein p. 48. 349; Grimm, Gramm. ed. tert. I, 1, p. 161; Stricker, ed. Hahn 12, 408; Ulr. 173, 15. 17; Schmeller 1, 252; 3, 72. 613); versuum denique clausulis ruck: Luck (Luca) 14, 59 confirmantur etiam formae ruck: pruck 7, 167; rucke: prucke 13, 31. — 2) Derivata in -aere vocalem ultimae aliquando tuentur, saepius amittunt, ut: gartenaere (vocat. sing.), lügenaere (acc. pl.): (gevaere) 27, 46; 30, 233; rüemaer (nom. sing.: klagebaer) 23, 42; lügnaer (acc. pl.) 38, 321; mülnaer (nom. sing.) 17, 81; gartenaer 27, 10, 43; peihtigaer 41, 1501 (cf. Teichner, in Liederſ. 3, 595)[30]). Vocalem radicis esse integram in gartenaere docet ipsa scribendi vocabuli ratio, confirmatque communis mos verborum in Germania superiore (cf. §. 26.

29) Qui penitus cognoverit vocalium mutandarum rationem, quam nos *umlaut* dicimus, certe dabit hanc veniam, ut in vocabula artis grammaticae inducam haec: „*vocalis radicis integra*“ et „*vocalis radicis laesa*“, pro nostris „*reiner*“ et „*umgelauteter Wurzelvocal.*“

30) Vocum lügnaer 38, 321 et mülnaer 17, 81 vocalis posterior a librariis scripta est *e*, quod quum in vocali ae scribenda saepius commiserint, non dubito, quin formae lügnaer, mülnaer genuinae sint. Neque in gartener 27, 10, 43 et peihtiger 41, 1501, licet apice careat ultima, dubitaverim substituere syllabam -aer. Iubet enim metrum binas concedi sublationes his nominibus, ad quas aptiores videntur esse formae gártenàer, péihtigàer, quam gártenèr, péihtigèr; quanquam eas quoque syllabas, quae sono carent, a Suchenwirtio in versu aliquando sublatas esse, negari non potest.

Digitized by Google

Grimm, Gramm. 2, 129; Schmeller 2, 67); laesam esse in lügenaere, mülnaere, rüemaere, licet laesionis nota desideretur, ex vetustioribus et recentioribus horum nominum formis coniicio; cf. Walther 41, 25; Schmeller 2, 568; 3, 90. — 3) Derivatorum in -er (= aere) nonnulla, quae ex recentioris linguae usu efferuntur vocali laesa, vocalem radicis servant integram.

Declinatio tertia.

§. 27. Quae huius declinationis nomina tertio decimo saeculo servare solebant derivationis notam -e (= -u): fride 6, 74; mëte 45, 97; ſige 15, 108; ſite 18, 332, ea iam, amissa litera finali, primam sequuntur. Unum autem sit in mancam quoque declinationem transit, etsi raro, ut: aines ſiten (:piten) 31, 114; haideniſchem ſiten (:verſniten) 1, 109; cf. altd. Blätt. 1, p. 107, 67; Hahn, mhd. Gramm. p. 83; Schmeller 3, 292.

Declinatio quarta.

§. 28. Exempla:

sing.	ràt	ſlag	plur.	raet-e	ſleg
	ràt-es	ſlag-es		raet-e	ſleg
	ràt-e	ſlag		raet-en	ſleg-en
	ràt	ſlag		raet-e	ſleg

a) *Nomina vocali radicis in numero plurali laesa, quae inveniuntur*

α) *in versuum clausulis:* fuoȥ 41, 685; gaſt 34, 36; 15, 153; gràt 21, 65; 12, 61; kranz 4, 77; luft [31]) 30, 146; munt 1, 91; 9, 219; nack 28, 241; ràt 1, 72; 23, 30; ſchatz 40, 191; 41, 540; ſlag 8, 199, doner-, ritterſlag 33, 57; 4, 421; tanz 4, 78; tuck 21, 119; cf. W. Grimm ad Vrid. 143, 2; turn 42, 58; Graff. 5, 447; *wuor 20, 46; cf. Schmeller 4, 137; wurf 13, 73.

β) *in medio versu:* arzt 41, 665; aſt 4, 214, paumaſt 24, 116; dòn 41, 1376; dorn 24, 85; cf. Graff 5, 227; Schmeller 1, 398; fluoch 41, 939; fuhs 4, 366; funt 18, 16; 41, 891 (cf. funde 1, 5; 23, 116; 25, 247); *apgot 39, 56, 60; grunt 4, 439; haȥ, -ȥȥes 33, 43; 30, 209; cf. Oberlin p. 666. ſ. v. hesse, et Schmeller 3, 430 ſ. v. ſchlecht c.; hof 6, 86; 21, 46 (cf. hofen 25, 239); klòȥ (ſwërtes klòȥ 15, 77 capulus ensis; cf. Graff. 4, 567); kopf 4, 499; cf. Graff. 4, 371; Schmeller 2, 319; kòr 41, 1039; *kumt (künt) 18, 128; Schmeller 2, 296; lauf 37, 108; 38, 328; 40, 6; pàbſt 35, 33, 105; pach 41, 47; pfluog 37, 25; pruch (palus, 4, 207, 440) [32]),

---

31) Genus masculinum testantur complures loci (9, 25; 14, 344; 30, 53); nominativum sing. di luft 9, 24 mendosum esse suspicor (cf. 30, 53). Dignior cuius mentionem faciam, accusativus plur. die luften 4, 263, 270, 316 (cf. Titur. ed. Hahn 851, 1). Heteroclitou enim videtur esse apud Suchenwirtium nomen luft, ita ut et fortem et mancam sequatur declinationem. Cui rei haud scio an lucem afferat vox Gothica luftus. Nam si est probabile in lingua Francica praeter vulgarem formam luft fuisse alteram luftu, licet exempla deesse videantur, non absurdum, opinor, erit, hoc nomen comparare cum heteroclito ſit (= ſitu): utrumque fortasse iam multis annis ante Suchenwirtium in mancam declinationem traduxerat terminatio -*e* (= -*u*).

32) Formam pruch (non pruoch, Fundgrub. 1, 362a) tuentur versuum clausulae pruch:ſpruch 4, 377; cf. Specim. 1, p. 23.

Digitized by Google

ſack 4, 97, kolen-, wuocherſack 45, 85; 32, 20; ſaum (iumentum 4, 222)[33]); ſchalk 30, 228; 23, 79 (cf. ſchalkc 30, 225), marſchalk 4, 165; cf. Renn. 647; ſchuʒ, -ʒʒes 9, 184; 16, 153; ſpruch 25, 61; 10, 17; 40, 5 (cf. ſpruchen 6, 58); ſprunc 26, 24 (urſprunc 4, 534); ſtock 42, 58; ſtôʒ 3, 136; 44, 85; ſturm 31, 179; ſun 34, 21; trunk 40, 131; zand 15, 206; 23, 76; zaum 30, 222; — acker 33, 61; 37, 28; 40, 198; graben 4, 440; 18, 482; mantel[34]) 28, 314; *zaher 41, 683; 42, 27; Schmeller 4, 239.

b) *Nomina, quae in solo numero singulari posita leguntur:* alb 31, 12; dampf 4, 416; duʒ, -ʒʒes 18, 29; cf. Renn. 10273; flug 37, 81; fluʒ, -ʒʒes 11, 126, überfluʒ 41, 1107; furt 6, 6; abe-ganc 41, 114; gruoʒ 41, 398; guʒ, -ʒʒes 11, 152; hals 12, 113; ane-, umbe-hanc 21, 30; 25, 46; harm 12, 122; huof 3, 153; huot 29, 45; kampf 42, 102; kauf (fürkauf 30, 204, faeldenkauf 41, 868); klanc 41, 1381; knauf 25, 66; korb 45, 85; kruog (eʒʒeichkruog 45, 17; cf. Schmeller 1, 119); lôn 30, 159; cf. MS. 2, 22b; Ulr. 478, 31; lust 4, 291; markt 4, 400; Renn. 6389; pal, -lles 41, 705; part (barba) 44, 16; platz 41, 383; prant 4, 267; pruch 1, 71; 18, 30; punt 3, 132; râm 44, 85; rant 25, 55; ruck (? 3, 143; 1, 83)[35]); ſal 45, 49; ſanc 41, 928, geſanc 41, 1116; ſark 41, 92; ſatz 3, 113; ſlunt 40, 131; ſluʒ, -ʒʒes 21, 7; ſtab (laiteſtab 12, 40)[36]); underſtant 12, 16; 41, 174; ſtranc 41, 1433; ſtuol 41, 228; ſwanz 36, 27; ſwunc 22, 174; tam, -mmes 43, 62; trank 38, 255; val, -lles[37])41, 706, zuoval 41, 257; ane-, umbe-, wint-vanc 30, 168; 6, 20; 18, 29; vroſt 41, 580; wâg 44, 76; walt 4, 59; wolf 28, 112; wunſch 43, 29; wurm 24, 270; zaun 4, 353; zopf 21, 80; zug 37, 82; — apfel 39, 16; hamer 16, 184; mangel 33, 92; ofen 41, 1224; ſatel 4, 377; ſnabel 1, 194; ſtadel 45, 81; cf. Schmeller 3, 615.

Annotatio. — **1)** Nomen apgot generis masculini iam in vetustiore lingua fuisse, §. 29.
prorsus negat Grimmius (Gramm. 2, 708; 3, 348; d. Myth. p. 11). Non recte, ut mihi quidem videtur. Nam accusativus plur. abkota, quem Graffius ex Notkero affert (4, 150), vix aliud genus, nisi masculinum indicare potest; et plurativa abcuti, apkutio, abcuteo (Graff. 4, 149. 150), apgöten, aphgöten (W. Grimm ad Sylveſt. p. 29), abtgöte (:noete Renn. 10862; cf. 8620; 10834; Wackernagel, Leseb. I.

33) Nomen ſaum, *laciniam* significans vel *extremum veſtis marginem*, primam declinationem sequi videtur; cf. 28, 315; qua vero ratione flectatur ſaum, ubi idem valet ac latinum *onus* vel *sarcina*, dubium est, nisi ſaum (:paum dat. sing.) 28, 20 quarto plur. casu positum esse censeas.

34) Semel tantum lecti nominis forma scripta est maentel (Liederſ. 3, p. 65. mentel); quae si vera est, permirum mihi videtur, compluribus amiculis indutam esse Venerem. An formam mäntel posuit Suchenwirtius numero singulari? cf. mantil apud Graffium 2, 816. 817.

35) Legitur uno loco růch, altero rukches; utroque ad contextum verborum magis quadrare videtur nomen ruck (Schmeller 3, 45), quam ruch (cf. Graff 2, 436).

36) De composito puochſtab vid. §. 41.

37) valle 28, 192 si accusativus plur. esset, indicaret declinationem primam. Sed veram lectionem neque apud Primisserum inveniri arbitror, neque apud Lassbergium: legendum esse suspicor vel: er manigem val gevüeget, vel: er manigem vallen vüeget.

Digitized by Google

col. 864, 22. 24; et feminin. abtgötin, Renn. 11871), donec nominativus sing. abcuti, apgöte investigetur, in numerum masculinorum quartae malim adscribere, quam ducere a nomine neutro declinationis secundae. Apud Suchenwirtium singularis abgot (aptgot) duobus legitur locis (41, 1227; 43, 41); totidem pluralis apgöt (39, 56, 60). — 2) Est aliud huius indicis vocabulum, in quo offendere possis, graben, quod ad sequiorem declinationem pertinere videtur. Sed quibuscunque locis plurativum invenitur, laesa est vocalis radicis (ut: greben 4, 440; 7, 184; 13, 115; gräben 18, 482; grêben 4, 206); id quod potiorem flectendi modum probat. Formam igitur solam nominativi sing., etsi desideratur, graben (non grabe sive grab) fuisse opinor, ut litera n, ad aliorum quoque nominum casum rectum affixa nonnunquam (cf. §. 42), huic voci penitus inhaereret, eamque in fortem declinationem transferendi praeberet occasionem. — 3) Nominis wâg genus masculinum confirmatur tribus locis (33, 62; 16, 173; 44, 76). Suspectus tamen nominativus sing. wâg in clausula versus, consonans cum substantivo pflâg (dat. sing.) 39, 213. 214. Uterque enim versus, quum ternas tantum sublationes contineat, brevior est una syllaba; quod librarii mendum vix tolli potest, nisi legere velis pflâge : wâge. Hanc vero formam wâge non dixerim nominativum esse plur. masculini wâg, servata vocali integra, sed nominativum sing. feminini wâge, idem significantis ac wâg neque inauditi in aliis medii aevi libris; cf. locum apud Oberlinum p. 1923: viſchen an wilder wâge; Diut. 1, 352; Grimm, d. Myth. p. 327 ein heilwâge; Titur. 6, 2 er himel und ërd und wâge undergrifet (Lachmann, über den Eing. des Parz. p. 19. er himel und ërde und wâc al umbegrifet). Malo autem ad femininum wâge referre nostrum die wôge, quam cum Schmellero (4, 38) ad plurativum waege.

b) ***Femininorum***

Declinatio prima.

§. 30. Exempla:

sing.	ſêl-e	ſchar	plur.	ſêl-e	ſchar
	ſêl-e	ſchar		ſêl-en	ſchar-en
	ſêl-e	ſchar		ſêl-en	ſchar-en
	ſêl-e	ſchar		ſêl-e	ſchar.

α) *Dissyllaba in -e et monosyllaba in vocalem desinentia:* ahte 4, 41; âhte 44, 19; albe 43, 11; cf. Parz. 190, 22; *aude 20, 79, 126; Notk. 30, 11; Grimm, Gramm. 4, 243 sqq. Schmeller 1, 73; auwe 9, 22, vreudenau 30, 173; her-bërge 39, 42; dreije 7, 201; 27, 111; drô 26, 44; ê 29, 104; eile 36, 42; ërde 17, 190; êre 4, 571; feire 30, 194; forme 41, 1436; freude 41, 660; fuoge 4, 546; gâbe 13, 21; galle 41, 614; cf. Hahn, mhd. Gramm. p. 84; MS. ed. Hagen 3, 339a; Schmeller 2. 30; Graff 4, 180; gierde 7, 27, begierde 3, 36; gimme 41, 1294; W. Grimm ad gold. Schmied. p. 156, 1795; glocke 45, 106; habe (possessio) 31, 67; habe (portus) 8, 150; hël(e) (? 41,

Digitized by Google

977) [38]); hëlfe 9, 191, hilfe 7, 197; hülwe 45, 12 (hül:mül; cf. W. Grimm ad Vrid. 70, 9; Schmeller 2, 174), huote 38, 176, nâchhuot 18, 234; kël(e) 8, 10; 41, 1127; 11, 295; cf. Hahn, l. l. p. 84; MS. 2, 276ᵇ; Hagen 2, 252ᵃ; Renn. 491, 1591, 3391; *wider-kêre 4, 200; cf. Teichner, Liederf. 3, 138, 40; Graff 4, 479; Schmeller 2, 323; klâ (klâw) 15, 206; klage 41, 1144; klamme 41, 1029; cf. Titur. apud Lachm. l. l. p. 25, 38; Schmeller 2, 356; kofte 4, 171; 25, 32; krâme 41, 18; 35, 98; altd. Blätt. I, p. 85; Nith. 9, 3; 17, 2; kreije 16, 189; 14, 318; krône 38, 198; labe 7, 100; lâge 39, 3; lalje 4, 57; 35, 103; Grimm, Gramm. 3, 79; Reinh. F. p. 282, 2644; lauȝe 30, 41; cf. Fundgr. 1. p. 382ᵇ; *under-lâȝe 22, 14; cf. Graff 2, 314; lêrche 30, 147; Reinh. F. p. 370, 3; lêre 19, 26; *maile 19, 82; 38, 212, laftermail 1, 172; cf. Fundgr. 2, 20, 30; 179, 21; MS. ed. Hagen 3, 338ᵃ; W. Grimm ad Vrid. 118, 6; marke (limes) 16, 46; maure [39]) 8, 76; mauȝe 30, 42; mâȝe 11, 131, unmâȝ 40, 143; meile 18, 190; mëlde 9, 215; miete 11, 223, râtmiet 42, 114; mëffe 11, 47; un-muoȝe 33, 23; ge-nâde 13, 20; nar(e) 22, 1; nase 40, 61; ge-nende 35, 2; Grimm, Gramm. 2, 246; pan(e) 30, 150; parre (par 3, 139) [40]); peine 3, 192; 40, 98; përle [41]); pëte 2, 49; pflâge 39, 4; pflëge 29, 76; piete [42]) 12, 41; pite (mora) 44, 10; Grimm, Gramm. 3, 482; pône 10, 38; prâ 25, 206; prucke 13, 32; puoȝe 33, 21; quâle 24, 176; quël(e) (?27, 33); râche 40, 221; raife 37, 82; rame 27, 3; 44, 86; rafte (requies) 7, 213; Grimm, Gramm. ed. tert. 1, 1 p. 130; Schmeller 3, 142; reuwe 24, 205, afterreu 33, 120; rotte 9, 181; ruobe 45, 96; Grimm, Gramm. 3, 373; Schmeller 3, 9; ruore 18, 144; Schmeller 3, 124; *rute (?11, 298) [43]); ruowe 24, 96; fache 20,

38) Utrum hël (=hëla), an hel (=hell) verum sit, quaeri potest; nec minus dubia vocalis nominis quel. Vocali ë in utraqua voce favent quidem versuum clausulae inter se consonantes (funder hël: fël 41, 977; quël: Michël: fël 27, 33; 41, 1253; 42, 28; vocales enim ë et ê minus inter se discrepant apud Suchenwirtium, quam e et ê; cf. Specim. 1, p. 21); sed desunt mihi exempla, quibus formas hëla, quëla, sive hël, quël probem. Contra hel et quel fulciuntur vocibus, quas affert Graffius 4, 844. 654. Tertium relinquitur proximeque fortasse ad veritatem accedit, ut productio statuatur vocalis e in utroqua vocabulo, abhorrens illa sane a vera natura vocalium, quae in verbis hëlan et quëlan flectendis apparent, sed confirmata, etsi non in utraque voce, tamen in quêle compluribus locis poematis, quod inscriptum est Titurel, e. g. 11, 1; 518, 4; cf. Lachmann, über den Eing. d. Parz. p. 20.

39) De dativo plur. meurn 41, 1089 vid. Graffium 2, 842 et Schmellerum 2, 609.

40) Simplex semper scriptum est par (cf. zwô bâr Ulr. 295, 24; 296, 16); formam dissyllabam (Reinh. F. p. 396, 71; Götting. gel. Anz. 1839. p. 635) servavit compositum parreweis 3, 172, sive parraweis 11, 301; 13, 213; parrwais 6, 209.

41) përlen (dat. pl.) uno tantum loco (7, 219) legitur, reliquis, iisque multis, si miram dativi plur. formam përla (16, 194) excipias, diminutivum përlein; quo solo haud scio an usus sit Suchenwirtius; cf. l. l. cum 13, 213; 15, 199; 17, 179; 24, 120; 25, 38.

42) Neutrum piet (=gabiet) vid. apud Schmellerum 1, 223. Femininum (in fainer piet) sequi primam, non quartam declinationem, etsi exemplis probare non possum, colligo tamen quum ex iis, quae Grimmius observavit de derivatis utriusque declinationis (Gramm. 3, 484. 489); tum ex diphthongo radicis ie: quartae enim nominibus diphthongum eu magis convenire opinor. — Non idem, quod apud nostrum, significat femininum in Titurelo 171, 4.

43) Vox perobscura, nisi, simili collato librarii peccato in průt:hůt (= praut:haut) 31, 71. 72, legere velis rauten (rhomborum) pro ruten. Quid vero? vocem raute iam medio aevo eam vim in Germania superiore obtinuisse, num confirmari potest? Vehementer equidem dubito. Adde, quod Wolf-

Digitized by Google

22; ſage 41, 389; ſaelde 4, 284; ſalte (nom. pl.: gelaite) 41, 1370; Schmeller 3, 290; ſâze 2, 51; under-ſchaide 9, 40; Grimm, Gramm. 3, 483; wëge-ſchaide 29, 10; Schmeller 4, 47; ſchal(e) (putamen, cortex) 44, 117; *ſchal(e) (patera) 4, 499; cf. Ulr. 188, 22[44]); ſchame 24, 312; ſchande 13, 27; ſchar(e) (cohors) 8, 148; *ſcheuze 41, 608; Titur. 406, 2; 939, 1; Schmeller 3, 339; ſchauwe 16, 213; ſchôʒe (an ſchôʒ?) 15, 75; 40, 160; cf. Grimm, Gramm. 3, 406; ſchuole 5, 43; ſê 14, 249; 18, 111; 4, 459; cf. Grimm, Gramm. 3, 382. 783; ſêle 11, 323; ſlahte 11, 38; ſorge 38, 297; ſpanne 22, 182; ſpate (?) 44, 34; cf. Parz. 115, 5; ſprâche 38, 23; ſtate 33, 100; ſteure 5, 38; ſtimme 5, 20; ſtunde 11, 24; ſtrâʒe 22, 13; ſunne 41, 271; ſuone 3, 51; ſwarte 29, 202; *tamme (? 21, 86)[45]); taufe 41, 867; treuwe 9, 142, untreuwe 24, 204; varbe 23, 93 (var 25, 54); vaſche 16, 194; Grimm, Gramm. 3, 559; volge 1, 167; vorhte 12, 58; vrâge 25, 277; vraiſe (37, 84)[46]); un-ſuore 11, 143; wâge (libra) 27, 78; wâge (ausum 25, 343); ſchilt-wahte 4, 354; augen-waide 41, 855; tage-waide 14, 182 (cf. anderwaid 18, 103; Schmeller 4, 29)[47]); wal(e) 43, 28; war(e) 3, 129 (semper pendens ex verbo nëmen); warte 18, 35; wê 10, 4; 41, 397, 930 (cf. wêwa apud Graffium 1, 633); weile (tempus) 28, 48, kurzweil 6, 84; *weile (velum? 44, 80)[48]); weiſe 36, 80 (in gaſtweis 25, 154, in parreweis 3, 172; cf. Graff. 1, 1073. 1074; Grimm, Gramm. 3, 154); wierde 3, 35; wiſe 31, 103; paum-wolle 40, 48; zal(e) 4, 197.

β) *Nomina in -el, -er, -en desinentia*: ahſel 24, 184; epiſtel 38, 347; *ſilber-gürtel 31, 79; 7, 174; cf. Helmb. 179. 1123. 1154; Ulr. 166, 19; Grimm, Gramm. 3, 449; Schmeller 2, 71; *haſel 29, 48; cf. Graff. 4, 1060; Grimm. d. Myth. p. 545 sqq.; inſel 41, 564; nâdel 41, 882; *neſtel 31, 147; cf. Graff 2, 1108; Helmb. 72; Grimm, Gramm. 2, 113; Schmeller 2, 713; *rëgel 22, 54; cf. Graff 2, 439; Schmeller 3, 64; *rodel 21, 12; ſpindel 41, 882 (cf. Schmeller 3, 570 ſ. v. ſpinnel); tâvel (25, 154, 363; an tavel? cf. Lachmann ad Nibel. 559, 5); windel 41, 420; *zedel 1, 66; 28, 333; cf. Titur. 330, 2; Schmeller 4, 291; -kamer 32, 38; laiter 31, 16; lëber 20, 100;

gangus Lazius, de insignibus generis Pfannenbergorum agens (de migrat. gent. VI. p. 180) „tres albos triangulares panes in rubro clypeo" commemorat, non tres rhombos, ut ait Primisserus p. 236. Panum igitur species quaedam trianguli formam, quemadmodum wecke (Schmeller 4, 20) efficiens, sub vocabulo rute latere videtur; vix nomen piscis rutten (Schmeller 3, 170).

44) Minus probabile masculinum ſchâl (Parz. 794, 23; alter locus, quem laudavit Grimmius, Gramm. 3, 458, emendatus nunc legitur in Vrld. 49, 21); cf. Lachmann ad Nibel. 1750, 3; Sylvester 4718; MS. ed. Hagen 3, 341a.

45) In libro legitur tamne, quod corrigi praecedentis versus clausula lamme iubet (cf. Specim. 1, p. 29). Significare quidem videtur idem quod nomen latinum *damnatio* (cf. fardamnôn, ferdamnunga, fardamlih apud Graffium 5, 143; verdampnen apud Schmellerum 1, 370; vertamt 21, 169; verdampt 41, 738 apud ipsum nostrum, et „foenus turpe, damnatum et abominandum" apud Haltausium 2, 2137; sed neque verbum simplex damnen (dammen, tamnen) usquam reperi, neque qua ratione nomen tamne derivatum sit, intelligo.

46) Sic legendum esse puto pro prayſe; cf. adiectivum vraisleich 9, 163; 37, 44.

47) Accusativi sing. dën waʒʒer waid 14, 307 quae sit significatio, plane ignoro.

48) Generis masculini apud Schmellerum 4, 55; sed accusativum sing. ſein weil in versus exitu idem valere ac ſeinen weil non patitur ratio metrica (cf. §. 21). Itaque nomen vel est femininum, ut apud Oberlinum 1971 (mit der hail. *weile* bedechet), vel neutrum, ut vela apud Schmellerum 1, 626.

Digitized by Google

marter 36, 50; *purper 40, 154, 164; cf. Graff 3, 348; altd. Blätt. 1, p. 317; vëder 30, 42, 45, 50; veſper 4, 193; *zunder 18, 258; cf. Grimm, Gramm. 2, 140; MS. ed. Hagen 337[b]; Schmeller 4, 269; -ellen (nomin. sing. ellu 23, 90; gen. sing. ellen 34, 33); metten 40, 111.

γ) *Derivata in -ung et -inn:* sinunge 5, 109; hoffnunge 41, 1477; verkèrunge 20, 161; mainunge 41, 450; ordenunge 38, 348, unordenunge 38, 267; parmunge 2, 83; ſchidunge 41, 911, 1105; cf. Schmeller 3, 325; ſpeisunge 18, 108; tailunge 34; teurunge 20, 162; anvëhtunge 33, 28; wërrunge 25, 240; wonunge 41, 1024; zaichenunge 38, 201; zerunge 31, 195; — fürſtinne 4, 536; graefinne 2, 87; halderinne 41, 1014; herzoginne 4, 532; hofmaiſtrinne 30, 18; hüeterinne 41, 1097; kaiſerinne 41, 1327; küniginne 20, 82; gepërerinne 41, 1013; tilgerinne 41, 107.

δ) *Reliqua quae sunt maximam partem nomina peregrina:* ierarcheije 41, 1043; paſteije 18, 485; verraetereije 25, 240; ſimoneije 40, 187; -matérge (matérig, matéri 1, 21; 21, 3; 17, 4); prëdige 41, 833; -hiſtóri 41, 846; -àbenteure 24, 41; createure 28, 6; ſchumpfenteure 8, 82; -creatûre 2, 29; figûre 2, 30; laſûre (?) 28, 27; natûre 41, 270; -paniere 4, 241; 18, 256; -perſône 41, 750; *-kamûne (= communio?) 14, 287; -politte 3, 48; cf. Schmeller 1, 280; trumete (?) 41, 1383.

Annotatio. — 1) Femininorum, quae aut hanc declinationem, aut mancam sequuntur, indices si contuleris, complura intelliges a Suchenwirtio non flecti nisi ratione potiori, quae sequiore vel semper, vel saepe declinabantur antiquitus, ut: albe, galle[49]), glocke, kël, lërche, nase, ſunne[50]), ſwarte. Nec non prucke, excepto accusativo plur. prucken 4, 181 (in medio versu), sequitur declinationem fortem. Idem dici licet de singulari numero derivatorum in -el et -er: at nomen vëder (4, 246; 22, 186) nominativum et accusativum plur. mittit in -ern.[51]) — 2) Contra nomina quaedam, adstricta fere a proximi saeculi poetis declinationi forti, manca terminatione nonnunquam ponere noster non dubitavit. Quo pertinent inprimis nomina notionum, quibus personas significari poeta voluit (cf. Benecke, Wörterb. zu Iwein p. 359 s. v. ſchande, et Grimm, d. Myth. p. 506. not. 3), ut: Êre (4, 552; 9, 218; 4, 562), Saelde (27, 9; 21, 180)[52]); deinde: auwe 25, 10, 102; ërde 7, 234; 41, 1487, 387 etc.; ſtrâʒe §. 31.

49) Nisi accusativum sing. gall (:ſchall dat. sing.) 41, 614 adnumerare velis formis imminutis, de quibus egi §. 19.

50) In versuum clausulis poeta uno tantum nominativo sing. ſunn (:wunn) 41, 1463 usus est; frequentissime genitivo, dativo et accusativo sing. ſunne in ceteris versuum partibus (ut 7, 231; 24, 122; 4, 255, 297; 33, 56 etc.); nunquam forma ſunnen, nisi in composito dër ſunnenſchein 45, 90, parum certo, si Primisseri notam ad XLV respicis p. 169.

51) Dativum et accusativum sing. vëder vid. 30, 45, 50; accusativum plur. vëder 30, 42 tuetur metrum: zwô vëder in. cf. §. 6.

52) Alia ut ſchande, treuwe minus sunt certa. Malim tamen genitivos 21, 126, 127 esse sing. dër Schanden pfat, dër Treuwen ſtrâʒ, quam plur. dër ſchanden pfat, dër treuwen ſtrâʒ.

Digitized by Google

24, 95; kreije 13, 230; freude (? 41, 393, 541, 912; cf. 41, 659, 721)[52]). Neque desunt exempla, quae accessionem literae -**n** ad nominativum sing., ut in aliis nominibus sequiores declinationes proprie sequentibus, sic in ipsis his confirment, ut: ërden (:wërden) 41, 937; cf. 42, 24, et wisen 40, 200. — 3) Ex dissyllabis (sub α.), priore brevi, unum klage terminationem -**e** aliquando servat (vid. §. 11); priore producta et in consonantem desinente, semper carent eadem terminatione (in nomin. genit. dat. accus. sing. et nomin. accus. plur.) haec: aht, alb, form, fuog, gall, gimm, glock, hül (= hülwe), widerkêr, krâm, lêrch, mail, mark, meil, unmuoʒ, pár (= parre), piet, quâl, râch, rnor, wëgeſchaid, ſcheuz, ſchôʒ, ſchuol, ſlaht, ſorg, ſpann, ſprâch, ſuon, ſwart, tauf, vaſch, unfuor, wâg, ſchiltwaht, -waid, wart, paumwoll; quorum tamen complura inveniuntur vel semel tantum, vel perraro. — Syllabam -we modo amittunt, modo tuentur tum in versuum exitu, tum alibi: anwe, reuwe, ruowe, ſchauwe, treuwe, ut: anwe 9, 22; reuwe 24, 205; ruowe 24, 96; ſchauwe 9, 21; treuwe 24, 205; et au 17, 10; reu 41, 589; ruo 30, 90; ſchau 17, 133; treu 34, 117; — item syllabam -je nomina kreije et laije, ut: kreije 8, 11; laije 4, 56, et krei 8, 247; lai 35, 103; at dreije utroque quo legitur loco, monosyllabum est. — Quae in vocalem desinunt monosyllaba, ut: drô, ê, klâ, prâ, ſê, wê in genitivo, dativo, accusativo sing. et nominativo, accusativo plur. flexionis nota semper carent; terminatio -en servatur; cf. genit. plur. klâwen 3, 117. — 4) Derivata in -unge privari semper litera -**e** docent, praeter scribendi rationem, cum metrum, tum versuum clausulae hóffnùng (:gefúng partic.) 41, 1477; záichenùng (:zúng nom. sing.) 38, 201. Positionem enim, quae desideratur 28, 267 post vocem unordenung, si quidem omitti non potest, supplebis legendo: unórdenùng die krénkt daʒ lëben. — Terminatio -inne modo tuetur vocalem -**e**, modo amittit; servatur autem in formis imminutis -**n** geminata, quod idem fit, quum syllaba -en abiicitur, ut: fúrſtìnn (dat. plur: ſínn dat. sing) 41, 503. — 5) Terminatio peregrina -eije, de qua vid. Specim. I, p. 50, decurtatur in -ei, exceptis kreije 8, 11 et ſimoneije (quam formam metrum postulat) 40, 187. — prëdige literam -**e** amittit (prëdig: lëdig 41, 833; cf. 39, 113); matérge servat uno loco 1, 21; reliquis, ubi scriptum est materig, materi, metrum correptionem in dissyllabum requirit (cf. §. 4). — Derivata in -eure (cf. Specim. 1, p. 18*) toties integra inveniuntur, quoties privata sunt litera finali; dativus plur. ſchumpfenteurn confirmatur versus clausula 14, 17. — Nomina in -ûre, si excipias creatûre: figûre

---

Neque accusativum sing. die Scham 24, 312 eo referri posse negabit, qui rationem habuerit paragraphi 19, licet dativus et accusativus Treu 21, 34; 6, 66 sequioris declinationis nota careant. cf. §. 33, 1.

53) Mendum librarii videtur esse accusativus hilfen 22, 136.

2, 29. 30, mutilantur in -âr, et paniere semper in panier. — Nominis perſône nominativus plur. vocalem -e ultimae tuetur 41, 750; abiicit terminationem -en dativus plur. 41, 773 (cf. §. 19). — 6) Genitivus plur. nonnunquam caret litera finali -n vel tota terminatione -en, ut: varbe 8, 238; rais 18, 123, 368, 400; ſêl 41, 1252; ſtimme 10, 200; ſtimm 41, 1332, 1379; panier 4, 244; âbenteur 20, 49; cf. genitivos plur. in -ô, quos Graffius affert 1, 50, et Hahnium, mhd. Gramm. p. 92, 2. c.

Declinatio secunda.

Quae huc referenda sint substantiva, docet Grimmius, Gramm. 3. p. 500—507. §. 32.
Flexionis notis a primae declinationis nominibus ea non differunt.

α) *Dissyllaba in -e:* derre 40, 90; cf. Schmeller 1, 389; ecke 18, 34; feuhte 41, 580; flüge (ala) 18, 553; 15, 212; cf. Titur. ed. Hahn 166, 2; Schmeller 1, 587; gaehe (gaech) 42, 189; gaile 4, 141; Graff 4, 183; Nith. 9, 4; Schmeller 2, 30; gēr(e) 7, 39; giere (= gire) 14, 75; gilbe 33, 50; *grüene 24, 4; güete 3, 191; gülte 34, 97; 41, 370; *güsse 33, 59; cf. Graff 4, 285; Leyser, Pred. p. 147; Renn. 2561; Schmeller 2, 76; halde (tesqua) 9, 39; Grimm, Gramm. 3, 395; hecke 18, 33; helle 32, 48; herte 10, 49; 43, 56; hitze 3, 92; hoehe (hoech) 41, 427; höl(e) 36, 25; cf. Graff 4, 847; Liederſ. 3, 318; Schmeller 2, 173; *ungehôrſame 39, 13, 30; Vrid. 148, 16; Liederſ. 3, 129, 277; Renn. 3915; Schmeller 2, 233; hulde 6, 179; kelte 13, 173; kerge 4, 104; keuſche 19, 20, unkeuſche 39, 112; klemme 9, 89; krippe 41, 441; krümbe (krüme 22, 77, krümb 34, 11, krümp 36, 28, krüm 21, 129); künde 29, 60 (kunde 33, 20); kür(e) 9, 51; kürze 22, 83; lenge 36, 28; über-lefte 20, 88; 28, 196; Grimm, Gramm. 2, 773; letze 4, 201; 7, 155; liebe 40, 77; lichte 18, 34; cf. Schmeller 2, 431; linse 3, 97; cf. W. Grimm ad Vrid. 122, 15; lüge 27, 98 (lug 22, 119; 30, 237; cf. Graff 2, 135; Schmeller 2, 456); ge-maine 28, 138; merke 26, 32; milde 28, 182; minne 6, 160; mitte 38, 83; müede 18, 306; müeje (müe) 4, 346; mül(e) 45, 11; *nütze 22, 190; Graff 2, 1123; Liederſ. 3, 317; paere 2, 22, gepaere 30, 77; cf. Schmeller 1, 186; peihte 42, 127; Graff 1, 587; pürde (purde) 27, 113; cf. Schmeller 1, 195; Graff 3, 163; rede 43, 61; *rette (? ân hëlferette hett 16, 173); roete 30, 35; *rütſche (?) 18, 25; cf. Oberlin 1339; Fundgr. 1, 388[b] s. v. ruſche; ſchaere 14, 341, tuechſchaer 45, 48; ſchoene 31, 3; ſchulde 20, 102; 24, 264, haubetſchulde 41, 539; ſetze 42, 34; 41, 539; cf. Schmeller 3, 295; *ſil(e) (helcium 18, 128)[54]); ſippe 20, 107; ſlihte 21, 129; ſpen(e) 40, 142; cf. Schmeller 3, 566; ſpunne 41, 1442; Schmeller 3, 571; Grimm, Gramm. 3, 406 (cf. ſpüne: füne, Renn. 24275, 24309); ſpür(e) (?) 18, 18; cf. Liederſ. 3, 637; ſtaete 1, 71, unſtaete 21, 66; ur-ſtende 41, 983; ſterke 7, 19; ſtille 42, 16; füeʒe 9, 11; fünde 39, 91; ſwaere 33, 80; ſwemme 9, 90; tiefe

54) Declinationem potiorem, ut apud Teichnerum (Liederſ. 3, 440), confirmat accusativus ſil; vix igitur nomen est generis masculini; cf. Grimm, Gramm. 3, 456. Neque tamen discerni potest, utrum femininum sit, an neutrum; cf. Schmeller 3, 229; Stalder 2, 374. s. v. ſille, et Schmid p. 495 s. v. ſiele.

Digitized by Google

41, 2; tür(e) 40, 156; cf. Grimm, Gramm. 3, 430; ünde, unde 41, 682; 44, 77; vërre 36, 10; veſte 20, 86, gruntveſt 14, 280, hantveſte 6, 117; vreije (? vrei) 40, 15; cf. Titurel. 332, 2; weihe (weich) 21, 84; weite 18, 457; weiʒe 25, 196; miſſe-wende 38, 330; wer(e) 1, 128, lantwer 14, 28; wilde 11, 30; witze (prudentia) 28, 225; witze (? ſupplicium) 6, 187[55]); wunne 41, 905; wüeſte 7, 99; ziere 4, 112.

β) *Derivata in -ere, -ene, -ete, -ige, -üete*: pitter 11, 76; Graff 3, 89; waiger 25, 84; Graff 1, 703; — ëben 26, 46; ge-wiʒʒen 17, 88; 28, 52; cf. Schmeller 4, 188; -gegent 20, 174; cf. Grimm, Gramm. 2, 256. 257; Graff 4, 142; — menige 11, 75 (menig 41, 423); — *armüete 28, 129; cf. Grimm, Gramm. 2, 256 sqq.; Graff 1, 422.

γ) *Derivata in -nüſſe*: erkantnüſſe 41, 1476; verrätnüſſe 20, 126 (verraetnüſſe 20, 167); wildnüſſe 4, 473.

§. 33. *Annotatio.* — 1) In mancam declinationem eodem pacto, quo êre et ſaelde (cf. §. 31, 2) abit minne, etsi semel tantum 30, 48, neque id in versus exitu. Reliquis locis nomen minne, sive personam significat, sive rem, potiorem sequitur declinationem (ut: die Minne acc.: ſinne acc. pl. 30, 125; cf. 24, 189, 296; 30, 22), a qua nunquam deficit alterum quod occurrit eiusmodi nomen proprium Staete. Nomina rerum, praeter ſünde (die ſünden 39, 218) et helle[56]) (hellen:ſtellen 42, 142), ratione semper flectuntur potiore. — 2) Terminatio **-e** (in nomin. genit. dativ. accus. sing.; nomin. accus. plur.) desideratur post longam radicis syllabam in his nominibus: derr, eck, gail, gaech, gier, grüen, gült, güss, heck, hoech, kerg, kripp, kürz, liecht, lins, gemain, merk, müe, nütz, peiht, rett, ſchaer, ſetz, ſpunn, urſtend, ſtill, tief, vrei, weich, weit, zier. — Nec substantiva derivata in -nüsse (Grimm, Gramm. 2, 322 sqq.) servant ullo loco literam finalem **-e**. Laesionis nota in penultimae vocali nunquam fere deest.

Declinatio quarta.

§. 34. Exempla:

sing.	kraft	ſtat	plur.	kreft-e	ſtet
	kreft-e, kraft	ſtet, ſtat		kreft-e	ſtet
	kreft-e, kraft	ſtet, ſtat		kreft-en	ſtet-en
	kraft	ſtat		kreft-e	ſtet

*angeſt 41, 816 (angſt 39, 20); cf. Grimm, Gramm. 2, 368; Sendſchr. über Reinh. F. p. 56, 792; arbait 17, 115 (aribait 1, 2); armuot 41, 546; art 1, 51, unart

55) Genus femininum (auʒ haiʒer witze ſeure) aliis quoque exemplis probat Schmellerus (4, 205; cf. Leyser, Pred. p. 148); vocalem radicis -î non probat. Altera enim forma witze, quam affert ex libro Hofmanni (Fundgr. 1, 201), scripta est weitze i. e. wîʒe (:flîʒe). Dubito tamen, num omnino reiiciends sit forma witze; cf. J. Grimm, d. Myth. p. 465.

56) Nec minus hecke, si quidem probes, quod coniecit Primisserus p. 335b. s. v. helke. Sed aliam vocem sub helken 4, 205 latere, eamque fortasse in ëlch (alce) quaerendam esse suspicor (vide ëlaho, hëlaho apud Graffium 1, 235, et var. lect. rennen pro raumen apud Primisserum p. 154, collatam cum voce raunen apud Schmellerum 3, 97).

Digitized by Google

12, 55; mord-ax 20, 200; andâht 41, 790; diet 30, 91, undiet 15, 126; gedult 25, 323, ungedult 39, 135[57]); durſt 1, 23, nôtdurſt 29, 3; fluht 25, 308; fluot 8, 142; 41, 969; friſt 5, 119; fruht 4, 530; gans 4, 345; gluot 41, 1229; gruft 24, 23; guſt 15, 86; 9, 26; gunſt 5, 31, ungunſt 29, 94; hant 1, 49; haut 30, 230; composita cum hait, ut: frâʒhait 39, 112; gothait 41, 582; kranchait 38, 5; kriſtenhait 15, 141; laʒhait 14, 237; verlëgenhait 31, 208; manhait 11, 313; pôshait 36, 19; beſchaidenhait 6, 123, unbeſchaidenhait 19, 6; ſchalchait 4, 381; tôrhait 44, 2; trâchait 40, 104; trunkenhait 38, 318; wârhait 21, 128; weishait 41, 809; gewonhait 19, 39; zaghait 18, 341; — begreiflelchait 41, 252; hübſchait 13, 48; keuſchait 41, 340; menſchait 41, 406; reichait 4, 120; valſchait 17, 89; — almehtikait 7, 208; diemüetikait 41, 233; drivaltikait 14, 86; êwikait 27, 106; flüʒʒikait 41, 1066; fromkait (?) 38, 199; geltikait 32, 30; hailikait 27, 30; innerkait 7, 90; jâmerkait 12, 103; liſtikait 41, 1193; maeʒikait 40, 142; mildikait 15, 187; parmhëraikait 41, 1067; pitterkait 40, 25; geradikait 31, 138; rainikait 40, 83; rëhtikait 31, 204, gerëhtikait 38, 197, unrëhtikait 3, 110; ſaelikait 11, 181; ſlëhtikait 22, 117; ſtaetikait 28, 318, unſtaetikait 28, 304, unbeſtaetikait 22, 149; verſtentikait 42, 7; ſüeʒikait 41, 319; undertaenikeit 40, 106; wërdikait 23, 27; wierdikait 6, 112; — kraft 1, 135; kunſt 18, 217, zuokunſt 41, 213; kunſt 16, 2, unkunſt 13, 17[58]); kuo 45, 41; jugent 9, 56; luſt 9, 223; 11, 156; 41, 212; 4, 76; 25, 29, geluſt 6, 22, verluſt 8, 11 (fluſt 25, 310); maget 4, 176 (magt 2, 1, mait 10, 207); maht 6, 2; maus 45, 32; milch 41, 702; mugent 38, 271; naht 4, 235, vasnaht 43, 15, mittenaht 40, 115; nât 43, 7; geniſt 27, 45; nôt 3, 42; genuht 27, 59; vernunft 18, 218; vernunſt 7, 62; part 14, 56, widerpart 8, 7; cf. Reinh. F. p. 378, 1996; peunt 31, 58; Wilh. 391, 7; Diut. 2, 79; Grimm, Gramm. ed. tert. I, 1, p. 192; Schmeller 1, 287; Graff 3, 342. 863; pfliht 22, 18; pluot 15, 17; 41, 545; praut 41, 1386, wintspraut 41, 804; prunſt 4, 240; pruſt 6, 206; purc 20, 101; purt 41, 867; cf. Graff 3, 159; Schmeller 1, 204, gepurt 6, 5; ſât 43, 20; ſaul (?) 41, 175; geſchaft 41, 116; aigenſchaft 41, 1036; haidenſchaft 14, 290; hèrſchaft 21, 96; gemainſchaft 41, 326; maiſterſchaft 11, 11; mâgſchaft 29, 105; potſchaft 4, 523; prieſterſchaft 27, 89; pruoderſchaft 40, 21; pürgſchaft 42, 119; ritterſchaft 1, 136; geſellſchaft 41, 771; vreuntſchaft 38, 92; geſchiht 17, 111; ſchrift 32, 45, geſchrift 5, 29; 22, 142[59]); ſchult 39, 136[60]); angeſiht (conspectus) 32, 43; 41,

57) Neutro loco genus indicatur; tertio 40, 230 legitur quidem: gedult *dën* ſchult ler lêren, sed formam pronominis dën vitio ducere malim librario, quam probare masculinum gedult.

58) Pro dës kunſtes ſarc 21, 11, qnod Primisserus p. 320b. parum apte explicat, legendum esse opinor: dës wunſches ſarc; cf. Grimm, d. Myth. p. 99; Trist. 4696. 4746, et dës wunſches krâm apud nostrum 43, 29.

59) Compositum geſchrift utroque loco mihi suspectum est metri causa. Var. lect. 5, 29 ſchrift.

60) Forma ſchult utrum hanc ad declinationem pertineat, an referenda sit ad substantivum ſchulde (vid. §. 32), non satis constat; desideratur enim genitivus plur. ſchulde sive ſchult (Benecke, Wörterb. zu Iwein p. 365).

780; 42, 49; cf. Ulr. 33, 20; 383, 22; zuoverſicht 41, 1491; fauor (?) 30, 113; geſtalt 28, 340; 30, 29; cf. Titur. 1329, 2; Grimm, Gramm. 3, 484; Schmeller 3, 634; ſtat (urbs) 18, 205, haubetſtat 16, 143, vorſtat 14, 110; ſtat (locus) 5, 19; ſuht 28, 125; tât 1, 96; tjuſt (:pruſt) 6, 205; 7, 215; tugent 11, 165; vart 3, 119, auffart 41, 730, himelvart 27, 27, hôchvart 24, 232, widervart 7, 102, pëtvart 41, 315; gewalt 31, 31; 12, 5; want 22, 7; wât 4, 49; wërlt 7, 200 (wëlt 30, 35); antwurt 24, 70; wurz 22, 84; 28, 11; Grimm, Gramm. 4, 287; Schmeller 4, 167; zeit 2, 56; zuht 4, 505, unzuht 22, 125.

§. 35. *Annotatio.* — 1) De genitivi et dativi sing. litera finali -e post syllabam longam aut servata aut abiecta (cf. §. 12. not. 3) observanda sunt haec: a) Nota flexionis omnino carent: art, maget (mait)[61]), naht, tât, nôt, friſt, pfliht, arbait et composita cum -hait; quibus adde, quae rarius occurrunt: want, angeſt, geſtalt; andâht, nât, ſât; gedult, purt, purc, gunſt, prunſt, guft, luſt, gelaſt, tjuſt, genuht, ſuht, mugent; praut; gluot; milch, zuoverſiht, geſchiht; diet; et semper fere zeit (excipe pei zeite 24, 77); — b) terminationem modo tuentur, modo amittunt: fluht, fluot, fruht, gruſt, hant, kraſt, kunſt, kunſt, unkunſt, verluſt, maht, vernunft, vernunft, widerpart, pluot, pruſt, gepurt, angeſiht, vart, himelvart, widervart, wât, wërlt (wëlt), zuht et composita cum -ſchaft; — c) ambigi potest de nominibus jugent et tugent. Versuum enim clausulae jugende (dat. sing.): tugende 28, 349. 350, quum apud Laſsbergium (Liederſ. 3, p. 66) legatur jugent: tugent, quumque et metrum et verborum contextus indicare videatur mendum aliquod librariorum, nec ullo alio loco in versuum clausulis trisyllaba inveniantur inter se consonantia (vid. Specim. 1, p. 14. 15), non satis tuentur utriusque vocis literam finalem. In medio versu quae habetur forma genitivi tugende (cf. 4, 34; 6, 55; 7, 3; 13, 154; 17, 200; 25, 232) ubique plurativa esse potest; dativum autem tugende frustra anquiras: nam 30, 36 pro: in grôȝer tugende wielt legendum est: ie grôȝer tugende wielt (cf. 7, 236). — 2) Vocalem laesam in syllaba primitiva plerumque indicant formae in -e et -en desinentes; excipe: hande, handen, usitatiores fere formas, quam hende, henden (maniger hande 20, 242; 37, 42; 39, 213; dreijer hande 21, 165; handen: landen: ſchanden: beſtanden 5, 66; 10, 114; 16, 123; et hende dat. sing. 25, 164; acc. plur. 22, 38; henden: wenden 13, 86; 18, 444; cf. Grimm, Gramm. 3, 77. 773; Benecke, Wörterb. zu Iwein p. 179. 180); tugende, tugenden (cf. Benecke l. l. p. 441), et widerparte 15, 42, si quidem vox semibarbara adnumeranda est nominibus quartae declinationis. Quae reliquorum nominum literae u interdum deest laesionis nota, ut zuhten, kunſte, kunſte, kunſten, librariorum negligentia omissa esse videtur. —

61) Nominativum sing. maide 1, 38 emenda ponendo maget.

Digitized by Google

3) Abiecta litera **-e** a genitivo vel dativo sing., permanet aliquando, etsi raro, vocalis laesa, ut in heut (:leut) 18, 442; 25, 292; ſtet (loco: het: Olivet) 18, 180; 41, 740, 762; et vert 10, 27; contra semper fere invenitur in nomin. genit. accus. plur., quum terminationem amiserunt; vid. versuum exitus: hent (nom. pl.) 40, 138; heut (acc. pl.) 18, 128; küe (gen. acc. pl.) 4, 345; 40, 203; preut (nom. pl.) 40, 82; ſtet (urbes. nom. acc. pl.) 17, 84; 29, 49; 37, 9; ſtet (locos) 41, 865; vert (gen. pl.) 18, 26; würz (? nom. pl.) 22, 84; et in ceteris versuum partibus: gens (gen. pl.) 4, 345; hend (acc. pl.) 4, 340; ſtet (urbes, urbium) 34, 99; 37, 15, 65, 99; 39, 21; 4, 52; 14, 31; 37, 57; 41, 505; vert (acc. pl.) 13, 156. Excipe: naht (acc. pl.: bedâht) 4, 352, 433; weihnahten (dat. pl.) 45, 65; tât (acc. pl.: hât; cf. taete 38, 162; 14, 320) 42, 147; magt (nom. pl.) 1, 145; 12, 35; purg (? nom. pl.; vid. půrg acc. pl. 29, 229) 34, 99; cf. Grimm, Gramm. 4, 467; Hahn, mhd. Gramm. p. 85; Nith. 8, 6; 19, 2. 3; Ulr. 166, 1. — 4) Secundam declinationem (vid. Hahn l. l.) nonnunquam sequuntur: gepurt, tugent, kunſt, unkunſt, wurz, ut: gepürte (acc. sing.: antwürte) 11, 189; tugenden (gen.) 4, 388; 19, 16; 41, 716; künſten, kunſten (gen.) 1, 14; 8, 9, 13, 17, 236; 13, 1, 7, 18; 41, 34; 3, 5, 9, 11; 21, 8, 15; 43, 62; 44, 86, 92; unkünſten, unkunſten 6, 172; 8, 15; 7, 46; 8, 6; 43, 35; 44, 89; würzen (gen., liber habet burtzen) 15, 84. Nomen ſaul (columna), semel tantum lectum 41, 175, quum casu recto scriptum sit ſewl (= ſeule; cf. Graff 1, 31; 6, 186; altd. Blätt. 1, p. 322; Renn. 3351; 9130; Schmeller 3, 225), secundae potius apud Suchenwirtium, quam quartae declinationis esse videtur. Nec minus ſnuor. Quae forma quoniam nusquam reperitur (nam pro ſnur nom. sing.: verlur praet. coniunct. 22, 177 ponere malim ſnüer: verlür, quam ſnuor: verlur; vid. Specim. 1, p. 23), accusativum plural. ſnüeren (:rüeren infin.) 24, 125 ad nominativum sing. ſnüere, etsi alia me eius formae deficiunt exempla[62]), pertinere, nomenque in sequiorem declinationem aberrasse opinor, sicut ſünde, helle (cf. §. 33, 1), et künſte, unkünſte (cf. 8, 9, 13, 236; 13, 18; 3, 11; 21, 15; 44, 92; 43, 35; 44, 89[63]).

c) *Neutrorum*

§. 36.

Declinatio prima.

Exempla:	sing.	weip	dach	plat		laſter
		weib-es	dach-es*	plat-es		laſter-s
		weib-e	dach-e	plat		laſter
		weip	dach	plat		laſter
	plur.	weip	däch-er	plat,	plet-er	laſter
		weib-e	däch-er	plat,	plet-er	laſter
		weib-en	däch-ern	plat-en,	plet-ern	laſter-n
		weip	däch-er	plat,	plet-er	laſter

62) Thuringi hodie dicunt die ſchnure pro die ſchnur.

63) Genitivos künſten et unkünſten ad unum omnes plurativos esse, vix mihi persuaseris.

α) *Monosyllaba:* ay 4, 548; amt[64]) (:verſchamt) 30, 102; âs 32, 36; dach 24, 113, obedach 25, 12; diech 8, 94; dinc 29, 123; dorf 4, 262; drum 24, 144; eis 3, 105; feur 20, 155 (feuwer 10, 115; cf. Grimm, Gramm. ed. tert. I, 1, 191)[65]); gëlt 4, 48; 31, 104; 40, 199; glas 18, 130; golt 4, 10; grab 7, 91; gras 25, 34; guot 16, 103, unguot 13, 84; hab (:grab) 4, 457; cf. Grimm, Gramm. 3, 382; hag 28, 17, gehag 24, 84; cf. Wigal 669; Teichner, Liederſ. 3, p. 320; Schmeller 2, 162; hail 27, 51, unhail 39, 115; hâr 22, 10; haus 4, 107, muoshaus 41, 777, vogelhaus 22, 169; hol 42, 135; holz 34, 93; 3, 96; horn 10, 253, aurhorn 8, 242; huon 4, 345; jâr 14, 189; kalp 39, 56, ohsenkalp 31, 11; kiel 3, 102; 41, 909; cf. Grimm, Gramm. 3, 436; kint 41, 430, muoterkint 9, 84, këbskint 36, 13; klait 2, 59; knie 23, 104; kraut 30, 10; lait 40, 26; lam, -mmes 21, 85; lant 4, 326; laub 23, 6; ur-laub 25, 365; Graff 2, 75; Renn. 1125; *lid 3, 111; cf. Hahn ad Otto m. d. Bart p. 109; ge-lid 25, 137; lieht 41, 410; liep 11, 113; Grimm, Gramm. 4, 952; lob 3, 101; 18, 562; lôt 3, 18; lôȝ 34, 27; ge-mach 4, 484; 29, 139; 40, 65; *main 6, 81; 21, 125; cf. MS. 2, 8 ; Barl. 75, 31; Schmeller 2, 586; Grimm, Gramm. 3, 494; mâl 4, 107; 7, 135; 8, 189; marc (medulla) 25, 94; mort 33, 33; mos 4, 312; muor 4, 447; ors 3, 153; ort 4, 153; pad 28, 272; pain 21, 155, helfenpain 25, 195; pant 31, 80, hârpant 25, 218, hellepant 14, 331; pëch 10, 115; ge-pët 40, 121; pfant 39, 124; pfad 24, 16; cf. Teichner, Liederſ. 3, 440; pfërt 4, 200; pfunt 43, 31; plat 9, 19; pley 45, 64; pluot 2, 48; pot 21, 132; cf. Teichner, Liederſ. 3, 92. 289; Docen 2, 233; altd. Blätt. 1, p. 96, 206; Schmeller 1, 223, gepot 39, 92; prët 37, 11; cf. Ulr. 608, 2, fënſterprët 45, 98; prôt 8, 201; puoch 30, 188; rad 43, 47 (kemphrat = kemp-, kamprad ? 45, 68; cf. Schmeller 2, 300); rëht 5, 25, unrëht 34, 14; reis 3, 106; rint 31, 41; ros, -ſſes 4, 376; *ſaft[66]) (:kraft) 30, 62; cf. Ulr. 572, 8; Stricker, ed. Hahn 4, 268; p. 90, 268; Liederſ. 3, 335; Schmeller 3, 205; renn-ſail 25, 43; Schmeller 3, 100; ſalz 45, 72; ſchâf 4, 345; *ſchar (vomer?) 44, 58; cf. Grimm, Gramm. 3, 415; Renn. 20902; Schmeller 3, 384; Primisser p. 360b.; ſcheit 31, 141; Schmeller 3, 64. 414; ſchiff 18, 140 (ſchëf 18, 494); ſib 43, 6; ſlôȝ 24, 297; ſmalz 45, 59; ſpër 11, 264; ſpil 18, 460, ôſterſpil 4, 348, ritterſpil 6, 95, vëderſpil 13, 161; ſpor 26, 17; *ſtad 8, 152; cf. Schmeller 3, 615; ſwërt 41, 1451; ſwein 23, 76; tail 34, 77; 41, 1518, urtail 44, 115; *tal 26, 46; Graff 5, 396; Renn. 273; tau 30, 67, himeltau 3, 194, morgentau 3, 140; tier 41, 117; tor 14, 128; ge-trank 4, 89; ge-trët (?) 4, 185; tuoch 30, 58; composita cum tuom: *fürſtentuom 41, 489; Graff 3, 627; Grimm, Gramm. 2, 491; hailtuom 11, 61; hailigtuom 41, 989; cf. Parz. 159, 28; Frib. Triſt. 502; *piſtuom 29, 131; Barl. 339, 3; Amis 1712; twëre

64) In libro semper ampt, amptes; cf. Specim. I, p. 36.

65) Speciem nominis secundae declinationis induit accusativus sing. feure (:geheure) 9, 154 (cf. accus. pl. fiure in Titurel. 260, 2; 951, 3), quem si in feuwer (:geheuwer) mutaveris, vereor ne legem neglexeris, quam Suchenwirtius observavit in concentu, qui *sonans* dicitur, efficiendo; cf. Specim. I, p. 18.* 36.

66) Vetustior nominis forma servata est in ſaffig 24, 103.

24, 49, getwëre 24, 35; vël, -lles 24, 154; vëlt 4, 39; vërch 41, 1190; vlaiſch 20, 110; volk 39, 47; wahs 41, 1187; wal 8, 190; ge-want 1, 50; wê 6, 23; Liederſ. 3, 73; Ulr. 511, 27. 30; Hahn, mhd. Gramm. p. 86; weip 24, 174, êweip 39, 190; wërk 4, 94 (wërch 41, 1189), antwërk 18, 412; wilt 26, 23; *wol 10, 223; cf. Triſt 19484; wort 41, 109; zëlt 25, 31, gezëlt 4, 296; zil 6, 197; *zwey (ramus) 8, 248; 27, 21; Grimm, Gramm. 3, 552; Schmeller 4, 299.

β) *Desinentia in -el, -er, -en:* adel 1, 35; 29, 98, unadel 11, 251; káſtel 7, 134[67]); módel 21, 11; cf. Graff 2, 707; gold. Schmied. 1413; rúndel (?) 6, 214; cf. Schmeller 3, 108; ſchápel 30, 167; *ſëdel 41, 1303; cf. gold. Schmied. 1729; Schmeller, 3, 198; ſwëbel 9, 154; 10, 115; cf. Schmeller 3, 527; tabernákel 41, 1027; gold. Schmied. 1274; — alter 27, 73; klóſter 11, 10; laſter 21, 153; lëder 18, 129; luoder 19, 32; meʒʒer 15, 64; opfer 41, 544; pflaſter 21, 154; reigiſter 41, 1264; cf. Schmeller 3, 66 reigieren; Grimm, Gramm. ed. tert. I, 1, p. 185; ſilber 4, 11; waʒʒer 4, 182; wëter 4, 438 (wëtter 4, 32); wunder 25, 35; zëpter 38, 217; zimmer (:immer) 19, 17; — almuoſen 42, 183; cf. Graff 1, 238; Barl. 133, 13; Ulr. 338, 17; Renn. 2355; eiſen 4, 371, huofeiſen 1, 196; ëʒʒen 4, 109, 397; Grimm, Gramm. 3, 538; lëben 11, 50; lêhen 40, 57; wáfen 38, 52[68]); wappen (vid. §. 48); *wolken 24, 22; 33, 49; cf. Schmeller 4, 71; zaichen 20, 60; 41, 1235; quibus addi possunt secundae declinationis nomina sub β et γ.

γ) *Derivata in -et, -eid:* haubet 5, 130 (haubt 7, 223; über haubet 8, 175; cf. Grimm, Gramm. 3, 156); móneid 20, 105; 18, 382; cf. Schmeller 2, 584.

δ) *Diminutiva in -elein:* fräuwelein (fräulein 41, 1108, frólein 31, 154); händlein 30, 64; kindlein 20, 44; lädelein 11, 65; löckelein 24, 142; mündelein 28, 194 (mündlein 30, 71); pĕrlein 25, 220; tüechlein 41, 404; vingerlein 25, 348; vogelein 23, 109; 24, 163.

